non oportet, quod resurgens, resurgat ad maiorẽ gratiam vel tãtam, quam antea habuerat. Petrus vero in hoc euentu resurgit ad maiorem gloriã, & poterat resurgere ad maiorem gratiam, si haberet maiorem contritionem. Itaque habebit tũc Petrus gloriam vt. 14. & gratiam vt. 4. tantum. Et si quæras ab eo. Quomodo ergo resurgit ad maiorem gloriam, si non resurgit ad maiorẽ gratiam. Dicit, quod propter hoc, quod gloria debetur nõ solum ratione gratiæ præsentis, sed ratione etiam meritorum præteritorum, quæ reuiuiscunt. Hæc Sco. At vero ipse Scotus solus cum ista sua opinione remansit, & soli Scotistæ. Marsil. in 4. q. 10. dicit, quod hæc opinio Scot. est probabilis, non tamen tenet illam.

MAGISTER Mathias de Paz in quadam relectione sua exponit Scot. in hoc. Et dicit quod Sco. nõ vult asserere, quod re vera habebit maiorem gloriam, quam habuit gratiã: sed quod gloria potest dici maior, vel minor, extẽsiue & intẽsiue. Et quando Sco. dicit, quod pœnitens resurgit ad maiorem gloriam: intelligit extẽsiue hoc est. Si Petrus fecit multa bona opera, & Ioannes pauca: resurgent ambo per pœnitẽtiam ad æqualem gratiam: quia æqualiter conteruntur. Scot. dicit, quod Petrus resurgit ad maiorem gloriam, non intensiue, ita quod plus diligat Deum, vel videat Deum: sed extensiue. s. quia licet vterque æqualiter videat Deum, & fruatur eo, gloria tamen Petri est, propter plura merita, & gloria Pauli propter pauciora. Et propterea dicitur, quod gloria Petri, est maior quam gloria Pauli. Et dicit iste Doctor, quod opinio Scot. est etiam. S. Thom.

SED ego dico, quod nõ in hoc, non enim potius potest conciliari Scot. Cum. S. Tho. quam Turca cum Rege Christiano. Et Scot. nunquam imaginatus est hoc: quia expresse dicit, quod habebit ille resurgens maius præmium essentiale. Nam si Petrus cecidit à gratia vt. 100. resurgit q; à peccato per gratiam vt. 10. nunc habet gratiam vt decẽ, in patria (secundum Scotum) habebit gloriam, præmium essentiale vt centum & decem. Nõ potest igitur in hoc conciliari Scot. cum. S. Thom. vllo modo.

PROBAT Scot. hanc conclusionem. Gloria correspondet operibus. Ergo esto non habeat gratiam, nisi vt. 10. postquam habuit opera vt cẽtum & decem & reuiuiscunt secundum omnes doctores, hæreticum enim esset dicere contrarium, semper resurgit ad maiorem gloriam.

PRAETEREA. Probat. Quia sicut dicitur in psal. 61. Tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Sed gloria respondet meritis, & gratia dispositioni. Ideo poterit esse maior gloria, quam gratia.

ET conficio sic argumentum contra Scot. Meritis non solũ debetur gloria: sed gratia: immo gloria mediante gratia. Ergo si propter merita debetur maior gloria, debetur etiam maior gratia. Argumentum hoc concludit.

AD argumentum hoc nihilominus nititur respondere Scot. dicens, quod per opera bona meretur quis gloriam & gratiam: datur tamen illi gloria, nõ autem gratia: quia ille qui ante peccatum habuit gratiam vt. 100. meruit gloriã. vt. 100. Et gratia, quam meruit fuit data illi, & ipse sua culpa perdidit. Sed gloria, quam meruit propter illa opera, nõ fuit illi data. Ideo resurgit ad maiorem gloriam, & nõ ad maiorẽ gratiam. Sed hoc est diuinare, & loqui gratis, sine fundamẽto apparẽti.

ET contra hanc opinionem arguitur. Gratia nihil aliud est, nisi forma quædam, per quam homo est gratus Deo, disponensque eum vsque ad gloriam. Ergo est implicatio, quod quis habeat gratiam solum vt. 10. & mereatur gloriam vt. 100.

SECVNDO. Nihil aliud est dicere, quod habeat gratiam vt. 10. nisi quod est acceptus ad gloriam vt. 10. Ergo est mirabile, quod sit acceptus ad gloriã vt. 100. & quod nõ sit gratus, nisi vt. 10. Nã Petrum habere maiorem gratiam, quam Paulũ: est, quod Deus acceptet Petrum ad maiorem gloriam, quam Paulum.

TERTIO. Licet gratia sit qualitas & forma quædam in anima: posset tamen Deus facere totum sine illa quod cũ illa facit. Tollamus igitur illam formam, vt faciamus, quod gratia sit solũ illa acceptatio passiua ad gloriam. Tunc nõ esset imaginabile, quod aliquis secundum statum in quo nũc est, esset acceptus ad gloriã vt. 10. & quod non esset gratus vt. 10. Ergo hoc implicat, etiam nunc: cum gratia sit qualitas distincta.

QVARTO. Secundum omnes, licet gratia faciat nos acceptos ad vitam æternam: non tamẽ hoc habet ex natura sua. Non nego quin habeat aliquid ex natura sua. s. perducere ad dilectionẽ Dei. Sed, quod simus accepti ad vitam æternam per illam, non facit gratia ex natura sua, sed solũ ex acceptatione diuina. Si ergo Petrus acceptatur ad gloriã vt. 110. quare hæc gratia non erit vt. 100? Cum enim non sit aliqua qualitas, quæ ex natura sua faciat nos gratos Deo: posset Deus facere q, fides esset gratia, & posset facere, quod hæc gratia quæ nunc est vt. 10. omnino nõ mutata in esse qualitatis, fiat vt. 100. in esse gratiæ & acceptationis Dei, per hoc solum quod Deus acceptaret aliquem per illam ad gloriam vt. 100.

QVINTO. Gratia Christi in esse gratiæ, est infinita: quia infinitam gloriam per illam meretur. Si enim dabiles essent infiniti homines, pro omnibus meruit sufficiẽter, & infinite satisfecit, & tamen in esse qualitatis, est finita. Sit, exempli gratia, vt. 100. Ergo per hoc quod gratia sit intensa vt. 10. in esse qualitatis solũ, non arguitur, quin sit gratia in esse gratiæ vt. 100. Si per illam est acceptus Deo vt. 100.

SEXTO. Ille qui habebit minorem gratiã in patria: habebit minorem gloriam. Ergo ille qui habet gratiam vt. 10. non habebit gloriam vt. 100. Assumptum probatur: quia secundum Scot. nihil aliud

R. 6784

del Colegio de la Compañia de Jesus Granada Bª

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS

AD S. D. N. PIVM. V.
PONT. MAX.

LIBER VNVS.

In cuius secunda, tertia, & quarta parte differitur, vtrùm clerici ea, quæ sibi supersunt ex redditibus Ecclesiasticis in pauperes, & alios pios vsus erogare teneantur, ex lege iustitiæ, vel solũ ex lege misericordię, vel charitatis: & quando has leges, vel earũ alteram transgrediantur.

AUTHORE D. FRANCISCO SARMIENTO,
olim in Hispania Cancellariæ Regiæ Vallisoletanæ, atque Sacri Palatij Apostolici Auditore, & vtriusque Signaturæ Referendario:

Nunc denùò in hac secũda editione ab ipso authore recognitus, & multis erroribus quibus scatebat purgatus, & pulcherrimis additionibus ornatus.

CVM PRIVILEGIO.

BVRGIS.
Apud Philippum Iuntam.

M. D. LXXIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

vel à malo cessare, effer. sufficies dispositio ad gratiam, ex naturalibus potest homo disponere se ad gratiam sine speciali auxilio Dei, quod plusquam falsum est. Et si dicas quod non est dispositio, quia non est politicum, hoc nil facit: quia si ad aliquid agendum sufficeret non impedire, quicunque homo posset facere id, quod requiritur ad agendum: quia quicunque homo potest impedire.

Ergo, &c.

IDEO dico, quod gratia dupliciter capitur. Vno modo pro auxilio speciali, sicut. S. Tho. vocat in prima. 2. q. 109. artic. 6. & 7. & ad hanc gratiam multa dispositio requiritur. Deus enim libere dat siue aliqua dispositione præuia ex parte hominis: sicut Augu. dicit super illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: quia trahit, & illum non trahat, nolit iudicare, &c. si non vis errare.

ALIO modo accipitur gratia pro gratia gratum faciente. Et ad hanc requiritur dispositio, & non meritum. Dico, quod requiritur dispositio, id est, motus liberi arbitrij in peccata. Et cũ gratia imitetur naturam, vbi est maior dispositio, erit magnus, secundum suam voluntatem. Si enim. V. g. quæras, quare Petro data est gratia vt. 10. & Ioan. vt. 20. Respondetur, hoc ideo est: quia Petrus fuit per contritionem vt. 10. & Ioannes vt. 20. Et si quæras, quare Petrus surrexit cum illa contritione ad gratiam, cũ sit forma magis & minus sufficiens. Et ita dicit. S. Tho. hic & secunda. 2. q. 24. ar. 4. dico de gratia, cũ sit forma magis & minus sufficiens dispositio ad gratiam, ex naturalibus potest homo disponere se ad gratiam sine speciali auxilio Dei, quod plusquam falsum est. Et si dicas quod non est dispositio, quia non est politicum, hoc nil facit: quia si ad aliquid agendum sufficeret non impedire, quicunque homo posset facere id, quod requiritur ad agendum: quia quicunque homo potest impedire.

Ergo, &c.

IDEO dico, quod gratia dupliciter capitur. Vno modo pro auxilio speciali, sicut. S. Tho. vocat in prima. 2. q. 109. artic. 6. & 7. & ad hanc gratiam multa dispositio requiritur. Deus enim libere dat siue aliqua dispositione præuia ex parte hominis: sicut Augu. dicit super illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: quia trahit, & illum non trahat, nolit iudicare, &c. si non vis errare.

ALIO modo accipitur gratia pro gratia gratum faciente. Et ad hanc requiritur dispositio, & non meritum. Dico, quod requiritur dispositio, id est, motus liberi arbitrij in peccata. Et cũ gratia imitetur naturam, vbi est maior dispositio, erit magnus, secundum suam voluntatem. Si enim. V. g. quæras, quare Petro data est gratia vt. 10. & Ioan. vt. 20. Respondetur, hoc ideo est: quia Petrus fuit per contritionem vt. 10. & Ioannes vt. 20. Et si quæras, quare Petrus surrexit cum illa contritione vt. 20. dico, quia habet maiorem contritionem. Ergo

SED contra hoc est illa parabola, quam Dominus ponit Matth. 25. quod vni dedit quinque talenta, & alij duo: vnicuique secundum propriam virtutem. Ergo maior charitas, vel minor, nõ debet referri ad voluntatem diuinam, sed ad propriam virtutem, & naturalia vnicuique, vltimate. Et. S. Th. exponit illam parabolam, & dicit, quod per proprium virtutem intelligitur dispositio ad gratiam, vel præparatio præcedens, siue conatus recipientis gratiam. Ergo ad dispositionem debet referri, & nõ ad voluntatem diuinam.

AD hoc negò consequentiam. Nam, quod ille habeat dispositionem maiorem quam alius, à Deo est: quia illam dispositionẽ præuenit Spiritus sanctus, mouens hominis mentem, vel plus, vel minus, secundum suam voluntatem. Si enim. V. g. quæras, quare Petro data est gratia vt. 10. & Ioan. vt. 20. Respondetur, hoc ideo est: quia Petrus habuit maiorem gratiam vt. 10. & Ioan. habuit gratiam. Conteratur ambo. Si Ioan. conteratur vt. 10. & Petrus solum vt. 4. tunc Ioannes (qui antea nũquam fuerat in gratia) modo per illam contritionem habebit maiorem gratiam, quam Petrus: quia habet maiorem contritionem. Ergo

tione vt. 10. & Ioannes vt. 20. dico, quia Deus plus iuuit Ioannem, quam Petrum. Et si rursus instes, Quare Deus iuuit plus vnum, quam aliũ? Dico. Quia sic ei placuit: quia nulli debet suam gratiã, sed gratis illam communicat. Et ita dicit Paul. ad Colo. 1. Qui dignos nos fecit fecundum partem sortis sanctorum. Vnde confitear, quod Deus ipse fecit nos dignos. Et qui est dignus, est per gratiã Dei. Et. S. Tho. tractat hoc prima. 2. quæ. 112. artic. 2. & 4. art. 3. & in secundo. d. 27. q. 4. & multis aliis locis. Et peculiariter prima. 2. q. 114. art. 5. Et tempet dicit, quod quicquid est in homine ordinãs ipsum in salutem, totum comprehenditur sub effectu prædestinationis. Ergo etiam prima præparatio ad gratiam. Et per consequutionem, ipsa præparatio ad gratiam requirit auxilium Dei specialẽ. Deus enim ab æterno prædestinauit Petrum ad maiorem gloriam: ideo quia voluit, & nõ propter opera præuisa.

SI vero dicas, quod ficebat illum futurũ esse me meliorem, nihil facit. Nam, hoc ipsum fuit: quia ipse voluit. Potuit enim fcire oppositũ, si voluisset. Ideo quãdo ite peccat, mouet illum ad maiorem gratiam, & ad maiorem contritionem ad gratiã maiorem habẽdam: quia prædestinauit illum ad maiorem gloriam. Et sic reducimus hæc omnia ad voluntatem diuinam. Mouet enim illum ad ma-

POR QVANTO por parte de vos D. Francisco Sarmiento Auditor que fuystes de Rota, nos fue hecha relacio, diziendo, que vos auiades compuesto dos libros: el vno intitulado. Variarum Resolutionū. Y el otro de Redditibus ecclesiasticis. Los quales eran muy vtiles y prouechosos, en que auiades passado mucho trabajo: y nos pedistes y supplicastes vos mandassemos dar licencia y facultad para que los pudiessedes hazer imprimir y vender, con preuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como en los dichos libros se hizo la diligēcia, que la Pragmatica por nos agora nueuamente hecha dispone, fue acordado, q̄ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual damos licencia y facultad, a vos el dicho D. Francisco Sarmiento, para que vos, o la persona que vuestro poder especial para ello touiere, y no otra alguna, podays hazer imprimir y vender los dichos libros, que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos y señorios por tiempo y espacio de diez anos cūplidos primeros siguientes, que se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante: sopena que qualquier persona, o personas, que sin tener para ello vuestro poder, lo imprimierē o vendieren, o hizieren imprimir, pierdan toda la impression que hizieren, o vendieren, y los moldes y aparejos de ella, y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizierē: la qual dicha pena, sea la tercia parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco. Cō tanto que todas las vezes que lo huuieredes de hazer imprimir, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, lo traygays al nuestro Consejo, juntamente con los oreginales que en el fueron vistos, que van rubricadas todas las hojas, y firmados al fin de ellos de Iuan Fernandez de herrera nuestro escriuano de Camara, de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impression esta conforme a ellos, y se os de licencia para los poder vender, tassando en el nuestro Consejo, el precio a que se huuiere de vender cada volumen, sopena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier justicias destos nuestros Reynos y señorios, que guarden, y cumplan, y executen, y hagan guardar, cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo enella contenido. Fecha en Aranjuez, a diez dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y setenta y dos años. Yo el Rey. Por mandado de su Magestad. Antonio de Erasso.

Errata.

Fol.1.col.4.li.28.facittea,faciunt ea.fol.4.col.1.lin.27.initi,inniti.ibi.col.2.li.4.famen,famem.ibi.col.4.li.17.alij,alios.fo.11.col.2.lin.35.ferus ferunt.fol.13.col.3.li.42.tus,tos.ibi.col.4.lin.28.nu.63.nu.93.fol.14.col.2.li.27.nesita. necesita. ib.li.antep.quæ,q; ibid.col.4.li.24.cuisliusli. fol.18.col.4.lin.30.partis.6.partis.q.6. fol.19.col.1.li.antep.prædonem,& quòd,prædonem,quod.ibi.col.4.li.15.esse,esset.ibi.lin.28.conditione,conditione.fol.22.col.2.li.21.adomodum,admodum.ibi.col.3.li.23.probauimus,probabimus.ibi.col.4.lin.13. concedentes,concecentes.ibi.23.lin.allegabimus,allegauimus.ibi.lin.24.ornis,ordinis. fol.23.col.2.lin.22.tenetur,teneretur. fol.24.col.1.lin.6.iniellegi,intelligi. ibid. col.2.linea 37.9.34. 9.43.folio.26.col.1.lin.12.quòd ab illis,quòd illis.fol.29.col.1.lin.12.num.4.num.14.fol.31.col.3.lin.20.hac,iure,hac in re. fol.34.col.1.li.14.lis,nalis.fol.41.col.1.li.24.noua,nouam.ibid.lin 27.fuerit,fuerat.ibid.col.4.li. pen.ademi,adimen.fol.42.col.2.lin.30.zographousi zo graphousin. fol.43.col.4.lin.11.clericorum;clericum. fol.45.col.1.li.27.hoc,hi.ibid.col.4.li.pen. gumento nota.gumento tex.notab. fol.47.col.2.lin.5.nessarium,necessarium.fol.51.col.4.lin.29.iure,iure emphyteut.velit omnes res ab.ibid.li.36.differetur,deferetur.fol.52.col. 4.lin.34.arguitur,agitur.ibid.lin.35.aliud,alió.fol.53.col.2.li.6.subueniendis,vt, subuenien dis pauperibus,vt. fol.54.col.2.lin.31.eiusdem,eisdē. fol.55.col.2.lin.39. recepit,recipit. fol.61.col.1.lin.fina. prædictos,prædictos. fol.65.col.1.lin.4.nium,num.ibid.lin.35.præmittitur,permittitur. ibid.li.41.domino,dominio.ibid.col.2.lin.31.additione,aditione.ibid.col.3.lin.33.quotitauis,quotitatiuis.fol.68.col.1.lin.20. Meopagitico,Ageopagitico.ibid.col.4.lin.12.palynododiam.palynodiam.

S. D. N. PIO. V. PONT. MAX.

FRANCISCVS SARMENTVS EIVS SACRI PALATII AVDITOR PERPETVAM FOELICITATEM.

PROXIMIS superioribus diebus Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, vir integritate, & vitæ innocentia singularis quemdam libellum, qui de redditibus beneficiorum Ecclesiasticorum inscribitur. S. V. dicatum edidit in quo saluberrimam quidem opinionem, & quam re ipsa sequi animarum saluti magis expediat: sed, vt plurimi existimant, duriorem, & ab omnium vsu, & consuetudine (si aliqua in hac re consuetudinis est habenda ratio) penitus disiunctam, ac separatam sequutus est, eamq; summis viribus defendit. Verùm, cum nō defuerint nostræ etiā etatis pij, eruditissimiq; viri, qui hoc argumentum non leuiter, sed summa, cum diligentia tractantes contrariam sententiam duxerint esse potiorem, operæpretium me facturū existimaui, si in hac causa cum alijs mihi communi, in quà non de paupere (quod aiunt) regno, sed de cœlesti, & summa omnium agitur, laborarem: & si quid conferre possem experirer, quod feci quidem quantum in breuissimo, & occupatissimo potui tempore successiuis horis, quibus vacare licuit ab strepitu iudiciorum, grauissimisq; negotijs, quæ B. V. voluntatem, & animum potius exemplo Christi, cuius vicarius es, quàm exiguas meas vires considerans vnà cum amplissimis viris, & integerrimis commisit: & ita eiusdem argumenti de redditibus Ecclesiasticis libellum conscripsi, quem B. V. seruitutis meæ symbolum consecraui, cuius laboris fructum satis me consecutum existimabo, si tot auctorum varijs opinionibus ostensis, alios, qui in hac re Christianæ rei publicæ adeò necessaria magis iu-

uare possunt, vt non desint, adduxero, ac incitauero: quod si B. V. quæ sapientibus, & insipientibus debitrix est, in re tam varia, & plena dissensionibus, inter doctissimos (in qua, re quidem ipsa, & exemplo iam diu præiudicauit) vt Apostolica sua auctoritate, ad quid ex præcepto teneamur, quidue ex consilio sequi expediat constituere velit, exorauero: maximum: & perenne beneficium mihi, atq; omnibus collatum intelligam: hoc enim modo fiet, vt, sicuti pij homines alacri animo exemplum pietatis, sanctitatisq; vestræ sequuntur, ita, qui infirmiores sunt, non grauiori oneri, quàm Christiana religio imponit, immeritò ex alicuius quanuis doctissimi opinione subÿciatur, atq; ita oppressus deficiat. Quòd quidem me impetraturum esse certò scio, si ita rei christianæ conuenire B. V. iudicauerit. Hoc vno saltim me huius laboris pœnitere non poterit, quód in euoluendis in hoc argumento sanctorum patrum decretis aliquas horas bene collocauerim, quorum doctrinæ verum exemplar sanctissima vita B. V. cuique iure esse videatur. Faxit Deus optimus, maximus, vt Sanctitas Vestra commissum sibi gregem diu incolumis ita eo duce gubernet, & pascat, vt in futuro seculo cum alijs sanctissimis Christi vicarijs perpetua fœlicitate fruatur.

Φραγκίσκου Σαρμέντου ἐπίγραμμα πρὸς κύριον Φράγκισκον Σαρμέντον ἑαυτοῦ πατράδελφον.

Τηκέμεν ὀΐδε χρόνος χαλκὸν πολύς ἤτε σίδηρον,
κοιλαίνειντε λίθους ὕδασι μαρμαρέους,
Πολλάκι τῶν πόλεων λαοσσόα τείχεα θέρδει,
πολλάκι τῶν ξύλων ἄκρα μέτωπα λύει,
Ἀλλά σὸν οὐτιβίβλον καὶ θελεῖν βυλήσεται αἰών,
κἤν ἐθέλῃ δύναται πάντ' ὀλέκων ὁ χρόνος,
Σῆς βίβλον εὐμαθίης Φράγκισκε φάος τε, κλέος τε
πατρίδος ἀίδιον μάρτυρα, κὴ σοφίης.
Λαμπάδι πύρσα τάχιον ἀπεσβέσει, ἢ πυρὶ πῦρτις
νᾶμα τάχιον ἄσει, κὴ λιβάδ' ἐσσιν ὕδωρ,
Ἢ τοῖς πᾶσι βροτοῖς ἀροτήσιμος οὐρανὸς ἔσαι,
κὴ πλωτὴ μεγάλη ναυσὶν ἡ αἶα θοῇς,
Φαιδρὸν νὺξ εἶδος, μέλαν ἦλιος, ἤτε θάλασσα
ἄνθεα γῆς, πελάγης ἰχθύας ἔξει ὄρος.
Ἢ ποτε σεῦ καμάτους, κλέος ἄφθιτον, οὔνομα λήθη,
κὴ μνῆμ' δισσῶν ἀρπάσεται σελίδων.

Ἄλλο τοῦ αὐτοῦ, εἰς αὐτόν.

Εἰσόκε χρῦσείης μέγας οὐρανὸς ἀστέρας ἕξει,
κύμα ποσειδάων, χεύματα κασταλίη,
Εἰσόκεν ὀρφναῖος σκιαρὴς δόμος ἀίδος ἔσκι,
κὴ μοῦσαις ἑλικὼν ὑ ρανίκσι φίλος,
Εἰσόκεν ἄθλας ἔχον ἐστικέμενον οὐρανὸν ὤμοις,
νεκταρέαι κρήνης πηγασίδος λιβάδες,
Εἰσόκε πιερίας σκόπελος, κὴ πίνδος ἐραννὸς,
εἰσόκεν εὐτέρπης ἀλφέος ἀῤῥέῃ ὕδωρ,
Σόν Φράγκισκε κλέος νομικὴς φάος, εὖχος ἰβήρων,
σόν Φράγκισκε κλέος πάντες ἀεισόμεθα.

¶ FRANCISCVS SARMENTVS IVNIOR.

AD LECTOREM.

TRistitia Mauortis Minos dum bella gerebat
Alcathoes muros obsidione premens
Concubitus niuei fuerat fata sole iuuenci
Pasiphaë coniux pulchra secuta sui,
Et Minotaurum partu sub luminis oras
Ediderat duplex, atque biforme genus,
Dædalus hoc mõstrũ Labyrintho clausit in alto
Reginæ cupiens dissimulare nefas,
Impleuitq; domum varijs ambagibus, atque
Parietibus textis, ancipitique dolo,
Ne quisquam seruata retro vestigia posset
Cæca sequi insidijs captus, & arte loci,
Theseus at iuuenis, quo non formosior alter
Ambiguum longo stamine rexit iter,
Et claua geminam Tauri, iuuenisq; figuram
Bis pastam Actæo sanguine fudit humi,
Haud secus Hæsperiæ Franciscus gloria nostræ
Ignoto ante alijs tramite fecit iter,
Et iuris soluit labyrinthum, ænigmata, longas
Hoc libro ambages, difficilesq; breui.
Quo duce perge modo, facilis nam quo sit eundũ
Monstrabit, tutus qua gradiare via.
Præmia sed tanti cupias si digna laboris
Reddere dicam equidem qua ratione queas:
Mireris fac tam ingeniũ, quam ad sydera velox
Præpetibus pennis se tulit alta volans,
Inuidiæque procul gliscentis dira venena
Reÿce, quaque tibi mente dat ista legas,
Ac dum pulchra diem referet Tithonia coniux
Aurea donec equis nox vehet astra nigris,
Dumq; eris ipse tui memor, haud obliuia pectus
Sarmenti valeant vlla subire tuum.
Quare age, & illius læta nunc munera fronte,
Atque animo accipias lector amice, Vale.

Ode eiusdem ad Dominũ Franciscum Sarmentum patruum suum.

HEu quàm præcipiti diffugiens gradu
Præuertit auras vita volubilis,
Heu quàm haud segnius ætas
Vndis labitur amnium.
Non Parthi citius spicula dextera
Torta, aut Cydonis, non iaculum volat
Neruo aut pulsa sagitta,
Vt nobis volucris dies.
Festinans properè sæua necessitas
Semper quadrigas verberibus quatit,
Calcarique moranteis
In nostri excidium ferit.
Cui non diuitiæ, nobile nec genus
Patrum, nec artes ingenuæ, aut honor
Non forma, aut decus oris
Moliri poterunt moram.
At nos immemores mortis, & omnia,
Prædantis Orci, proh nimium nefas

Fundamenta locamus.
Atque altas struimus domos.
Luxu Regifico, postibus aureis
Ornamus aulam, & ponimus atrijs
Haud exempla secuti
Magnorum effigies ducum.
Frustra, nam rapido mors fera turbine
Delapsa tetras iniiciet manus,
Et mox cuncta tumultu
Nobis eripiet graui.
Dines magnanimi progenies Iouis
Ceu pauper Irus Tantalus occubat
Quanuis sæpe deorum
Admissus dapibus fuit.
Reges, atque inopes agricolas palus
Atra coercet Styx Erebi domo,
Nec Proserpina parcit
Vllius capiti semel.
Virtus sola mori nos vetat inclyta,
Nec non ad arcis Aethereas vehit,
Intercludere fatis
Virtus sola potest iter.
Hæc nos dijs superis miscet, & igneis
Orci voracis faucibus eripit,
Et quæsita potenti
Vatum carmine gloria,
Quam nec longa dies attenuat, neque
Fortuna nitens instabili rota
Hunc sæua vt premat, illum
Tollens arbitrio suo.
Viuent Idomeneus, & Priameïus
Hector superbi præsidium Ilij,
Nec non Phthius Achilles,
Atque Aiax genus inclytum
Martis Sanguinei, dum vaga sydera
Conuexa pascent Aetherei poli,
Aeternos quòd Honores
Illis Mæonides dedit.
Sic nunc carminibus quàm cuperem tuum
Me posse nomen tollere in Aethera
O Franciscе tuorum,
Et nostræ Hæsperiæ decus,
Sed quando nequeunt dura silentia,
Tot facta morsu carpere liuido,
Obscura ve labores
Tot nocte immeritò premi,
Nec plectro Aeolio, nec fidibus decet
Aptare laudes egregias virûm,
Hæc nunc ipse tacenti
Supplex des veniam precor.

TOTIVS OPERIS ARGVMENTA.

IN prima parte tractatur de natura Ecclesiasticorum bonorum, & Dominio, atque eius acquisitione, & de possessionis amissione, & recuperatione. Hæc pars cõtinet quatuor capita.

Capitulo.1. agitur de origine, & natura rerũ Ecclesiæ, & apud quem sit earum dominium.

Cap.2. tractatur de his, quæ sunt necessaria ad rerum Ecclesiasticarum alienationem.

Cap.3. de ratihabitione contractuum minorum, & Ecclesiæ, qui fuerunt sine solennitate celebrati.

Cap.4. Vtrùm omissio solennitatis in contractibus ecclesiæ, & minoris inducat defectũ volũtatis, & an possessio ex talibus contractibus amittatur, & de Canon. reintegranda, & alijs vtilioribus remedijs ad recuperandum res malè alienatas.

IN secunda parte variæ doctorum opiniones enumerantur circa obligationem expẽdendi redditus ecclesiasticos in pauperes, & alia opera pietatis. Hæc pars cõtinet octo capita.

Cap.1. continetur opinio Archidia. quæ est communis apud canonistas quòd clerici teneantur sub peccati mortalis reatu, & obligatione restituẽdi ea, quę sibi supersunt de redditibus ecclesiasticis in vsus pios distribuere.

Cap.2. ostẽditur, quæ sit opinio S. Tho. & quod clericos liberat ab obligatione restituẽdi, & eos dominos fructuũ, cõstituit.

Cap.3. ponitur opinio Card. Zabarellæ, quæ clericos administratores cum libera cõstituit, eosque dominos esse negat.

Cap. 4. ponitur opinio Hostien. quæ clericos possidentes beneficia, cum administratione ab illis, qui beneficia simplicia possident, secernit, vt hi vsufructuarij semper, illi vero in vita tantum sint.

Cap.5. ponitur opinio Caiet. quæ vult saltem Episcopum diuisionem antiquã sub restitutionis obligatione seruare debere.

Cap.6. ponitur opinio illorũ, qui opinionem Hostiẽ. de qua supra in cap.4. magis consuetudine, quam iure defendunt.

Cap.7. ponitur opinio eorum, qui consuetudinem non excusa

re clericos affirmant.

Cap.8.ponũtur variæ doctorum ſentẽtiæ tam circa conſuetudines, quàm circa indulta teſtandi à ſede Apoſtolica obtẽta, & agitur de quotidianis diſtributionibus, & de pẽſionibus eccleſiaſticis & de decimis poſſeſſis per laicos, & de fructibus cõmendarũ. Ex ijs octo capitibus triginta diuerſæ coliguntur opiniones, quæ in ſequentibus particulis examinantur.

IN tertia parte examinatur opinio Archidiaco. Hęc pars continet.5.capita.

Cap.1.adducũtur rationes, & argumẽta, quibus probatur opinio Archidiaco.

Capit. 2. tractatur de emptis per clericũ de redditibus beneficiorũ, & an ipſo iure eccleſiæ acquirantur vtiliter, vel directo, & quomodo obligatio perſonalis, & realis concurrant.

Cap.3. tractatur de diuiſione bonorum Eccleſiaſticorũ facta per canones antiquos, & eius cõturbatio cui ſit imputanda.

Cap.4.agitur vtrũ ad eleemoſynam exigendam poſsit dari actio, & an lex iuſtitiæ ſemper obliget ad reſtitutionem.

Cap.5.ponuntur declarationes, quas ad opinionẽ Archid. ponunt doctores, quæ ſigillatim reprobantur.

IN quarta parte tractatur de opiniõe beati Thomę, & reprobãtur opiniones cõtrariæ, & ponitur reſolutio materiæ, & quãdo eleemoſyna ſit de prȩcepto, & an dominium rerũ beneficiorum ſit apud clericos. Hæc pars continet ſex capita.

Cap.1. Adducũtur argumẽta pro opinione S. Thom. & oſtenduntur abſurda, quæ ex contrarijs ſequuntur opinionibus.

Cap.2. examinatur opinio. S. Thom. & defenditur ab argumentis aliarum partium.

Cap.3. tractatur de commutatione piarum voluntatum, & onerum bonis eccleſiaſticis impoſitorum.

Cap. 4. tractatur de facultate teſtandi conceſſa a ſummo Põtifice, & de eius interpretatione.

Cap.5. tractatur quando eleemoſyna ſit de prȩcepto tã quoad clericos, quàm quoad laicos.

Cap.6. oſtenditur quòd licet clerici ſint domini rerum beneficiorum, minor tamen licentia abutendi, quam per eos, qui vſufructuarios illos conſtituunt, cõceditur, & quale ſit officium clerici, presbyteri, & epiſcopi.

INDEX EORVM
QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A.

ABſolutoria continet totum, quod eſt petitum, & partes. 4. par. cap. 6, nu. 10, Fol. 66.

Actio perſonalis abhorret dominium. 3. par. cap. 2. num. 8. fol. 33.

Actio perſonalis quando concurrat cum dominio. ibidẽ, & nume. 6. fol. 33.

Actio perſonalis poteſt concurrere cum vtili dominio, ibid, num. 9. fol. 34.

Accurſius ſolus perfectè leges intellexit. 3. part. cap. 2, num. 15. fol. 34.

Alimenta an debeantur parentibus iure naturæ, vel ſolũ ratione naturali. 3. par, cap. 4. num. 7. fol. 42.

Alimenta præterita nullum habent priuilegium. 3. part, cap. 5, num. 5. fo. 45.

Alimenta præterita non poſſunt à filio peti. 3 part. c. 4. nume. 5. fol. 42.

Alimentorũ legato non eſt locus iuri acreſcendi. 3. par. cap. 2. nume. 7. fo. 33.

Alimentorum legatum non eſt multiplicabile. ibidem.

Animus continuãdi quando producat actum de nouo. 1. part. cap. 3. num. 6. fo. 15.

Apoſtoli non impoſuerũt Eccleſiæ paupertatem. 1. par. cap. 1. num. 3. 4. & 5. fol. 1.

Apoſtoli alia obligatione tenebantur quando erant diſcipuli, alia facti magiſtri. 1. par, c. 1. nu. 7. fo. 3.

Apoſtoli vtrum emiſerint paupertatis votum. 1. part. cap. 1. num. 4. & 5. fol. 2.

Apoſtoli habebant dominium eorum, quæ ſibi offerebantur. 1, part. cap. 1. num. 7. fo. 3.

Argumentum à maiori in diſpenſationibus quando valeat. 4. parte. cap. 4. nu. 5. fo. 59.

Auaritia aliquando opponitur iuſtitiæ, aliquando liberalitati. 3. par, cap, 4. nu. 5. fo. 41.

Auarus, & ſordidus non debent eſſe melioris conditionis, quàm liberalis. 3. par. cap. 5. nu. 2. fo. 45.

Authoritas ſummi pontificis quando requiratur in alienatione rei Eccleſiaſticæ. 1. part. cap. 2. nu. 20. fo. 13.

Authoritas tutoris vel curatoris quando extendatur ad donandum. 1. part. cap. 2. num. 15. fo. 11.

B

BArbatij error. 4. par. cap. 6. num. 5. fol. 65.

Bartol. opin. defenditur à R. P. Alfonſo de Caſtro. 3. part. cap. 4. num. 7. fo. 42.

Bartol, opin. reprobatur. 1. par. cap. 2. nume. 23. fol. 14.

Beneficiorum erectio idem operatur, quod olim operabatur diuiſio. 4. part. cap. 2, num. 9. fol. 54. & cap. 1. num, 3. & 4. fo, 48.

Beneficia quæ dicãtur habere adminiſtrationem. 4. par. cap. 1. num. 17. fo. 52.

Bona Eccleſiaſtica vide in verbo contractus, & in verbo vſus, & in verbo Eccleſia, & in verbo clericus.

Bona minorum. Vide in verbo contractus, & in verbo minor.

Bona clericorum ſunt bona pauperum, 3, part. capit. 1, nume. 1. fo. 29.

C

CAuſa non poteſt plus in remotiora. 3. part. cap. 2. nume. 2. Fol. 32.

Clericus, qui abutitur fructibus beneficiorum tenetur ad reſtitutionem ſecundùm opin. Archidia, 2. part. cap. 1. num. 3. fo. 21.

Contraria eſt opinio. S. Thom. 2. par. cap. 2. fo. 22

Clericus eſt Dominus menſæ ſui beneficij. 4. part. cap. 1. num. 3, & cap. 6. num, 2. fol. 48. & fol. 64.

Clericus an ſit dominus rerum beneficij. 2. part. cap. 8, nu. 20. fo. 29. & 4. part, cap. 1, & 6. fo 49.

Clericus an ſit vſuarius, vel vſufructuarius, 2, par. cap. 8, num. 20. fo. 29.

Clericus ſecundùm opinionem. Archidiaco. videtur eſſe vſuarius. 2. part. cap. 1. num. 3. fo. 21.

Clericus an poſsit teſtari. 2. part. cap. 8. in princ. fo. 27.

Clericus an poſsit donare in infirmitate conſtitutus. 4. par. cap, 4. num. 6. & 7. fo. 59.

Clericus proximus morti an ad pias cauſas poſsit donare. 2. part, cap. 8, nu. 6. & 7. fo. 28. & 4. part. cap. 4. num. 7. fo. 59.

Clericus poteſt viuere de fructibus beneficiorum, etiam ſi habeat patrimonium, 1. part. cap, 1. nu. 18. fol. 5.

Clericus eſt vſufructuarius cauſalis. 4. parte, capit. 6. nume. 4. fo. 65.

Clerici ſolum poſſunt aſſumere ſibi neceſſaria ſecũdum opinio. Archid, 2, part. cap. 1. num. 1. fo. 21.

clerici egentes debent ſuſtentari à parochianis. 3, part. cap, 4. num. 12. fo. 44.

Clericorum nomen, & eorum officium ſemotum eſt à dominio, 3. par. cap. 4. in fine. fo. 44.

Nihil intereſt quòd habeat beneficium ſimplex, vel cum adminiſtratione. 2. par. cap. 1. fol. 21. num. 2, Archid. opinio in ſupradictis eſt communis. 2. part. cap. 1. nume. 4. fo. 22.

Clericus etiam ſi abutatur fructibus beneficij, ſecundùm S. Thom. non peccat contra legem Iuſtitiæ, ſed miſericordiæ, ideo nõ tenetur ad reſtitutionem. 2. part. cap. 2. nume, 1. fo. 22.

Clericus de diſtributionibus cotidianis an liberè poſſit diſponere. 2. par. cap. 8. nu, 11. fo. 28. & vide quid de

pensionibus.num.13.&.14.de vtroque.3. par.cap.5. num.6.& .7. fo.6.
Clericus de portione sibi necessaria liberè disponit secundùm aliquos.2.part.cap.8.nu.15.&.16.fo.28.vbi ponitur contraria opinio,& in.3.part.cap.5. per totum. fo.45.
Clericus potest testari ex conditione sua.3. part.cap.3. num.5. fol.38.
Clericus habet arbitrium in quos pios usus dispenset fructus.3.part.cap.3.num.10. fol.39.
Clericorum bona sunt pauperum.3.part.capit.1.in principio. fo.29.
Clerici quod sibi supereſt debent dare pauperibus ibid. nume.2. fo.29.
Clericus in rebus Ecclesiasticis uersatur,ut in rebus alienis ibidem.nu.3.fo.30.&.2.part,cap.8.nu.20.fo.29.
Clerici sunt administratores ibidem.3.parte,cap.1.num. 4. fo.31.
Clerici,& prælati officium.4.parte.cap.6.numer.16. Folio. 68.
Clerici optimè in rebus beneficiorum comparantur marito in rebus dotalibus.4.part.cap.6.num.13. fo.67.
Inter clericos,& Ecclesiam dantur actiones directæ,& & contrariæ.3.part.cap.1.num.7. fo.31.
Empta per clericos de redditibus beneficiorum efficiuntur Ecclesiæ.3.part.capit.2.per totum. fo.31.
Stipẽdia quæ clericus habuit ex officijs an sint eiusdem rationis cuius fructus beneficiorum. 3. parte. cap. 5. num.8. fo.46.
Concilium Tridentinum an aliquid declaret de obligatione expendendi redditus ecclesiasticos.2.part,cap. 8.nume.22.&.23.fo.29.&.4.part. cap.6.nume.15. Folio. 67.
Commendatores ordinum,quos uocant, strictiori uinculo in dispensatione reddituum, quàm clerici in suis redditibus tenentur.2.part,cap.8.num.18. fol.28.
Commendatorum ordines non sunt simpliciter religiones.4.part.cap.1.num,13. fol.50.
Commendatores,qui possident bona Ecclesiastica, siue ex decimis,quomodo sint securi.4.part.cap.2. fol,53. nume.4. cum sequenti. & idem de alijs laicis possidentibus bona Ecclesiastica ex priuilegio, uel consuetudine,ut ibid.&.2,par.cap.8.nu.19. fo.28.
Consilia euangelica quando obligent.1.part.cap.1.num. 3.fol,1.quòd ad ea quæ sunt supererogationis non tenetur quis nisi ex uoto,uel officio ibid.
Consuetudo Hispaniæ in fructibus Ecclesiasticis. 2.part. cap.6.nume.1.fo.26.de consuetudine Galliarum ibidem,nume.2.
Consuetudinũ tolerantia sciente pontifice ibidem nu. 3. &.4.part.cap.1.num.9.&.10. fo.49.
Consuetudinem non excusare essetdurũ.2.part. cap.6. fol.26,nu.4.&.4.par.cap.1.num.8,in fine. fo.49.
Consuetudo in modicis excusat clericum,2.part. cap.7. Folio.26.&.27.
Consuetudo excusat,ut in uita disponant,non in morte. 2,part.cap.8.nm.1, fo.27.
Consuetudo operatur,ut disponant ad pios usus ibidem. num.2
Secundum cõsuetudines præfatas redditur ius corã Pontifice.4.part.cap.1.num.8.&.11. fo.49.
consuetudines sunt differmes in ista materia. 4. part. cap,2.nume.2. fo.52.
Consuetudo liberat à lege iustitiæ,licet non à lege misericordiæ.4.part.cap,1.in princip. fol.48. & cap.5, nume.1. fol.60.
Consuetudo quòd maior diuidat, & minor eligat.3.par, cap.4.num.11. fo.44.
Contractus ecclesiæ sine solennitate non ualet, etiam si sit vtilis ecclesiæ,1.part.cap,2.numero.1.fol.7. idem in alienatione rerum minoris,ibidem.
Contractus etiamsi fiat in utilitatem minoris, minor non potest se obligare,1. par.cap.2.num.1. fo.7.
Contractus fauore minoris,& ecclesiæ potest claudicare.1.part.cap.2,num.17.&.18. fo.12.
Contractus ratione doli potest claudicare,ibidem.
Quasi contractus claudicare non possunt quia tantum unum pedem habent ibidem.num.18.&.19. fo.13.
Ex contractu minoris, uel ecclesiæ sine solennitate potest amitti possessio,1.part.cap.4. numero.4,&.5. Folio. 16.
In contractibus ecclesiæ non sufficit ratihabitio tacita, 1,part.cap.3,numero.4.fol.15, Sed expressa sufficit, num.1.fol.14.Ratihabitio prodest etiam cœpta lite super inualiditate contractus,1,part.cap.3.nume.2. ibidem.
Communia facilè negligi solent.1.part.cap,2.nume.24. Folio, 14
A communione recedere semper utile censetur,ibidem.
Communio solet parere discordias.1.part.cap.2.numero.23. fo.14.
Creditor non compellitur mutare obligationem etiam in melius.1.part.cap.2.num.1. fo.7.
Creditoribus potest satisfieri de redditibus beneficiorũ. 4.part.cap.1.nu,2. fo.48.
Cumulatio remediorum contrariorum quomodo iure canonico admittatur.1.part.cap.4.nu.13. fo.20.
Cumulentur simpliciter,uel sub cõditione nihil interest ibidem.

D.

Decretum irritans quando operetur.part.1.cap.2. nume.21. fol,13
Decretum Iudicis in alienatione rei minoris est pro forma.1.part.cap.2.nume.10.fol.10.& idem in transactione super alimentis.
Decimas possidentes tenentur eadem obligatione, quæ clerici tenentur.2.part.cap.8.num.19. fol,28
Decimæ sunt costitutæ etiam in pauperum alimenta.3. part,cap,4.num.8.&.9. fol.43
Differẽtia inter plus, & minus non respicit substantiam 2.part,cap.2,nume.3,fol,24.&.4.part. cap. 1. numero.7. fol,49
Dilectio Dei non cadit sub præcepto secundum aliquã mensuram.4.part.cap.5.num.2. fo.60.
Dispensatio non inducitur tacitè,nec in consequentiam, 1.parte cap.3.nu.8. fo.15.
In dispensatione quando habeat locum argumentum à maiori.4.part.cap.4..num.5. fo.59.
Dissimulare delicta quando sit licitum.4. part.cap.1. num.9.&.10. fol.49.
Distributiones cotidianæ an sint eiusdem naturæ cuius sunt reliqui fructus.2.part,cap,8,numer.11.&.12. Folio. 28.
Diuisio non mutauit naturam bonorum ecclesiasticorum.3. parte,capit.3.nume.7. fol.39.
Diuisio hodie est conturbata culpa clericorum.3. part. cap.3.in fin. fol.40.
Diuisio est sufficiens titulus ad transferendum dominium.4. part. cap. 1.num.4. fo.48.
Ad diuisionem non prouocat minor,sed ecclesia.1.par, cap.2.nu 24. fol.14.
De diuisione de qua,12.q.1.3.par cap.3,nu. 1. fo.38.
Dolus vnius partis facit claudicare contractum. 1.par. capit.2,nume.18. fol.12.
Dominium nõ aduersatur episcopali perfectissimo statui.1,par.cap,1.num.8.&.14. fo.3.&.4.
Dominium rerum ecclesiæ apud quem sit.1,par. cap.1. num.15.fo.4.&.4.part. cap.1.in princ. fo.48.
Dominium an apud pauperes,ecclesiam,põtificem, uel Christum sit ibidem.
Dominiũ an apud clericos sit.4, part.cap.1.fol.48.& cap.6.ubi latè. fol.54.
Dominium an posit habere Episcopus, qui antea fuerat monachus,& quale id dominium sit.1.part.cap. 1.num.10.& an soluatur à paupertatis voto. fo.3.
Dominium monachorum quale sit.1.part. cap.1.nu,11. &.12.ibidem.
Dominium directum an posit transferri sine traditione.3.part.cap,2. num.10. fo.34.
Dominium directum,uel utile an transeat ex donatione causa mortis.ibidem.
Dominium directum transfertur ex ultima uolũtate. num,11.& quare.ibidem.
Dominium sine traditione trãslatum non excludit hypothecariam, nec actionem personalem.ibidem. nume.16. fo.35.
Dominus non semper potest alienare.4.part.cap.6.nu mero.11. fo.66.
Donatio in articulo mortis uide supra uerbo clericus.
Donatio Regis ualet in filium. 4.part.cap.4.num.1. Folio. 57.
Donatio minoris quando ualeat uide infra uerbo Minor.
Donatione causa mortis an transferatur dominium directum.3. part. cap.2.num.11. fo.34.

E.

Ecclesia quomodo posit præstare consensum.3. part.cap.2.nu,2.fol.7.& cap.4.nume. 1.fo. 15. uide supra uerb.contractu.
Ecclesia potest prouocare ad diuisionem.1.part. cap.2. numer.24. fol.14.
Ecclesia potest amittere possessionem facto sui administratoris.1.par.cap.4.nu.5. fo.16.
Ecclesiæ acquiritur dominium rerum emptarum per clericos.3,part.cap.2,num.10.fol.34.& an ipso iure.num.4. fo.32.
Ecclesiæ datur in talibus rebus,& actio realis,& personalis ibidem.num.6. fo.33.
In ecclesiam an transeat dominium utile, uel directum. ibid.nume.10. fo.34.
Ecclesiæ res dicuntur sacræ in quarto gradu.4, parte. cap.5.nume.10. fo.64.
Ecclesia quando dissimulet peccata, & quòd id nunquam faciat in personis ecclesiasticis.4. part.cap.1. num,10. fo.49
Ecclesia non capit lucrum cum aliena iactura. 1.part. cap,2.nume.11. fo.10.
Eleemosyna in extrema necessitate lege iustitiæ debetur,ideo & in iudicio exigi potest.3,part.cap.4.numero.3.cumsequen. fo.41.
Eleemosyna quando sit de præcepto.4.part.cap.5.numero.3.fol. 60.ubi late, quòd non requiritur extrema necessitas.
Eleemosyna de superfluis est de præcepto,& in clericis,& in laicis.ibidem,nu.8. fo.63.
Empta per clericum de fructibus beneficij efficiuntur ecclesiæ.3.part.cap.2.nume.1.fol.32.& an transferatur dominium ipso iure,nu.4.&.5. fol.33.
Episcopus an posit intendere augmento rerum temporalium ecclesiæ.1.par.cap.1.num 9. fol.3.
Episcopus non impeditur ex natura sua testari.3. part. cap.3.num.5. fol.38.
Inter Episcopos, & alios clericos in ista materia S. Thom.non facit differentiam. 4.part. cap. 6.numero.1. fo.52.
Episcopus portat annullum.4.part.cap.6.numero.11. Folio. 67.
Episcopi munus.4.part.cap.6.nu,17. fo.68.
Episcopus qualis eligi debeat.4.part.c.6. nu,17.ibidẽ.

F.

Facultas testandi vide uerb.licentia.
Filij familias donatio,uel minoris aliquando ualet. 1.part.cap.2.nume.5 fol.8.
Francisc. Aretin,error.1,part.cap.2. nume,13.14.& 15. fol.11.
Fructus collecti à prædone uidentur collecti à beneficiato spoliato.4,part.cap.6.num.14. fol.67.

G.

Gratiani diligentia in compillatione decretorum.3. part.cap.1.nume.2. fol.30.
Gratiani authoritas,3. part. cap.4.num.9. fo.31.
Gratia nõ spirat morte cõcedẽtis.4. par.c.4.n.2.fo.58
D. Gregorius Gallus nunc Reuerẽdissimus Episcopus Oriolens, maximus cõcionator. 3. parte. cap.4. nume.7. fol.42.

H.

HAEreditatis inducendæ ratio.3.part.cap.2. num. 12.&.13. fo.34.
Hypothecaria quando concurrat cum dominio.3. part. cap.2.num.16. fol.35.

I.

INnocentij opinio defenditur,1.part.cap. 2. numero.4. fo.8.
Intellectus cap.fi.ex.de his quæ fiũt à maiore part.cap. latißimè.3.par.cap,3,num.8. fo.39.
Intellectus cap.1.de eccleſi,ædificand,3.part.cap,4.numero.1. fo.41.
Intellect,cap. peruenit. de fideiuſſor.4. parte,cap.1.in princip. fol.48.
Intellect.cap.quod quibuſdã.eodem titul.ibidem.num.3.
Intellect,cap.ad hæc de teſtam. in antiqua compillatione,4.par.cap.1.nu.12. fo.50.
Intellect.l.ſi defunctus.C. arbitr. tutel.4. part.capit.1. num.17. fo.51.
Intellect.l.ſi quis cum totum.ff.de excep.rei iud.4.par. cap.6.num.7. fo.65.
Intellect.loci Ariſt.6. Politicorum,nume,6.ibid.
Intellect.l.final.C.de acquirend.poſſeſſ.1. part.cap. 4. nume.10. fol.18.
Intellect.cap.reintegrandæ,ibidem latißimẽ,num.11.
Intellect.l.cum hi.§.eam tranſactio.ff.de tranſact.latè. 1.par.c.2.num.8.&.13. fo.9.&.11.
Intellect,l.non ideo.minus.C.de procura.&.nume.16, Folio. 12.
Intellect.l.Iulianus,§.ſi quis à colludente,&.§.ſi quis à pupillo de actio,empt.latè.1.part.c.2.nu.17.cum ſequen.&.num,22.&.23. fo.13.&.14.
Intellect,§.&unum. homnem. inſt.de lega.1. par.cap. 1,num.20. fo.5.
Intellect.authen.ſacramenta puberum.1. part. cap.4. nume,7. fo,17.
Intellect.cap.adhæc,de teſtamen.2.part,cap.7.nume,3. Folio. 27.
Intellect.cap.adhæc.de teſtamen.in compillatione antiqua 4.part.cap.1.nu.12. fo.50.
Intellect.cap.conſtitutus de inintegr. reſtit,1. part.cap. 4.num.13. fo.20.
Intellect. cap. de his. de ſepultur.3. part. cap.3.numero.6. fo.39.
Intellectus.l.perfecta donatio. C. de donatio. quæ ſub mod,1.par.c.4.nu.10. fo.17.
Intellect.extrauagan.ad condictorem.1.part,cap.1.numero.12. fo.3.
Intellect,nouell,Iuſtiniani.1.par t.cap.1.numero.16.& 20. fol.5.&.6.
Intellect.extrauagã.Pauli ſecundi de reb.Eccleſi.1.par. cap.2.nu.20. fol.13.
Intellect.l.bobes in.§.hoc ſermone.de uerbo.ſignifi.4. par.c.4,nu.3. fo58.
Intellect,l.proſpexit.ff.qui,& à quib.1.part.cap,2.numero.9. fol.9.
Intellect.l.1.ff.de minor.1.part.cap,2,num.12. fo.10.
Intellect.l.final.C.de ſacroſanct. eccleſ.3.part. cap.2. num,8.cum ſequen. fol.33.
Intellect.l.ſi ut proponis.C.de rei uendica.ibidem.numero,10. fo.34.
Intellect.l.1.C.commun,delegat.ibidem numero.14.
Iudex debet condemnare in parte probata.4.par.cap. 6.num.8. fol.65.
Iuris conſultus non habet poteſtatem corrigendi leges 1.part.cap.2..nume.9. fo.9.

L.

LAici peccant ſi ſuperflua non erogent pauperibus,2.part.cap.2.numero.3.fol.24.&.4.part. cap.5. fol.61.
Laici an poſint decimas poßidere.4.part.cap.1.numero.14. fol.51.
Legis intentio non obligat, ſed lex.4.part. cap.2,numero.7. fol.54.
Legis cauſa etiam ſi deficiat, non ceſſat lex.ibidem num,8.&.1.part.cap.2.nu.12. fo.12.
Leges quæ reſpiciunt alimenta,uel dotem:publicam utilitatem reſpicere uidentur.1. part. cap. 2. nume.9. Folio. 9.
Lex charitatis,uel miſericordiæ non obligat ad reſtitutionem,2.part.cap.2.num.2. fol.23.
Lex iuſtitiæ nõ ſemper obligat ad reſtitutionem.3.par. cap.4.num.5.&.6. fol.42.
Lex diuina non eſt determinabilis per legem humanã quoad charitatem. 4.part.cap.5,nu.1, fol.60.
Lex poſitiua poteſt determinare legem diuinam, & naturalem generalem.4.par.c.2.num.6. fo.53.
Lex miſericordiæ non obligat ad reſtitutionem.3.part. cap.4.nume,5. fo.42.
Licentia teſtandi non excuſat clericos.2. part.cap.8. nume.3.niſi teſtentur ad pias cauſas.num.4.fo.27.
De his licentijs uide.4.par.cap.3.in.fin. & cap. 4.per totum. fo.56.
Licentia teſtandi operatur licet quis teſtando non dicatſe teſtari utendo dict.licentia.4.part. cap.4,numero.1. fo.57.
Licentia teſtandi an ſpiret morte concedentis, ibidem. numero.2.
Licentia teſtandi utrum reſtringatur ad primum teſtamentum.4.part.cap.4.nu.3. fo.58.
Licẽtia donandi mille,poteſt quis uti decies, ſi qualibet uicè centum donet. ibid.nu.4. fol.59.
Licentia teſtandi compræhendit & cauſa mortis donationem. ibidem.
Lis non impedit ratihabitionem,1.part.cap.3,nume,2. Folio. 14.
Ludo quæſita à minore,uel filio famil. quando quis teneatur reſtituere.1.part.cap.2,num,5. fo..8.
Ludens minor an teneatur reſtituere,& an ludo gaudeat priuilegio minoris. Vide in uerbo minor.& fo. 13.parte.1.cap.2.nume,19.

M.

MAndatum metu extortum eſt nullum ipſo iure & ponitur noua ratio.,1.parte,cap. 4. num.8. Folio. 17.
Mandatum morte ſpirat.4.part,cap.4.num.2.fol.58.
Matrimonium poteſt claudicare.1.part.cap,2,.nume. 18. fol.12.
Matrimoniũ contrahi poteſt in articulo mortis.3. par. cap.3,nume.6,& legitimantur filij in præiudicium ſubſtituti. fol.38.
Matrimonium uitiat metus.1.parte.cap.4. numero.7. Folio. 17.
Matrimonium cõtrahi inter prælatum,& Eccleſiam. 1.par.c.6.nume.11. fol,67.
Metus quando uitiet actus.1.part,cap.4, nume.6. cum ſequenti. fol.17.
Metus non uitiat,ubi imprimitur character. nume.7. nec excuſat in delictis, ut ibidem.
Metus uitiat mandatum ibidem.nume.8. & ibi ponitur noua ratio.
Metus uitiat contractus innominatos,ibid. nume.9. & uitiat contractus minoris.ibid.nume.7.
Metus non producit actionem ſpolij,ſed uis.1.part,cap. 4.num,5. fol,16.
Minor repetit,ſi ſoluit debitum naturaliter tantum, 1. part.capit.2.num.3. fol,8.
Minor non debet lucrari cum iactura alterius. ibidem. numero,11. fol.10.
Minor cum bona conſcientia non lucratur in ludo. 1. part.cap.2.nu.19.ubi latè hoc diſputatur. fo.13.
Minoris ſolius contractus non tenet, etiam ſi fiat locupletior.1.parte.cap.2.num.11.Vid,ſupra uerb.contractus. fol.10.
Minor,& eccleſia ſunt eiuſdem rationis quoad ſolennitates.ibidem.nume.10.
Minor quando poßit donare.1.part.cap.2.nume.5.& num.14.&.15. fo.8.&.11.
Minoris priuilegio poteſt claudicare contractus, ibid. nume.18.&.19. fol.12.
Minor non prouocat ad diuiſionẽ,ſed eccleſia,& quare.1.part,cap.2.num.24. fol.14.
Minor eligit,& maior diuidit.3.part.cap,4, numer,1. Folio. 44.
Monachi ſancti Franciſci an habeant dominium panis quo ueſcuntur.1.part,cap.1,nu,11. fol.3.
Monachus factus Epiſcopus an ſoluatur à uoto pauperitatis.1.par,cap,1.nu.10, fol,3.

N.

NAtura bonorum eccleſiaſticorum qualis ſit. 1. par.cap.1.fol.1.&.3.part.cap.5. num.9. fol.46.
ex Natura ſua clerici non impediuntur teſtari.3, part.cap.3.num,4. fol.38.
Neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ non poſſunt per legem,uel per uotum impediri.1.part. cap.1. numero.13. fol.4.
Neceſſaria ad ſuſtentationem clerici ſunt libera omni obligatione.2part.cap,8.nu.13. fol.28.& contraria opinio ponitur.nume. 16. de qua diſputatur. 3. part.cap.5. fol.26.

O.

OBlatio de mercede proſtibuli non eſt recipienda, lege ueteri,propter immunditiam,& noua propropter ſcandalum.4.part.cap.5.nume.9.circa.fin. Folio. 64.
Obligatio naturalis quando impediat repetionẽ.1.par, cap.2.num.3, fol.7.
Omnia præcepta reducuntur ad charitatem, ut ad finem.4.part,cap.5,num,7, fol,67.
Opinio Archid.ponitur, in parte. 2. cap. 1. fol,21. & comprobatur.3.par.cap.1,2.3.&.4.&cap.5.fo.29. ponuntur declarationes, plura abſurda quæ ſequuntur ex ea ponuntur.4.part.cap,1,nume.8.cum ſequent. fol.49.
Opinio Archidiac.eſt comunnis,2.part. cap,1.numero,4. fol.22.
Opinio Hoſtien.ponitur,2.part.c.4.fol.25.qui reprobatur,& declaratur.4.part.cap.1.nu.15. fol.51.
Opinio S.Thom.ponitur.2.par.cap.2.fol.22.& diſputatur.4.part.cap,1.&.2. fol.47.
Opinio Caietani.2.par.c.5. fol.25.
Opin.Cardin.Zabarell,2.par.c.3.fol.24.quæ examinatur.4.part.c.1.num.18.&.19. fol.52.
Opin.Abbat. circa præceptũ eleemoſynæ.4. part. c.5. num.4.quæ reprobatur. fo.61.
Opini.Archid.eſt ita rigida, ut ſit ſecluſa omnis ratio, qua ab obligatione reſtituendi excuſentur abutẽtes redditibus eccleſiaſticis.3,part.cap.5.nu.9. fol,46.
Ex opinione Archi.& D.Nauarri ſequuntur, plura quam ipſe.d.Nauarrus exiſtimat.ibid,nume. 9. cum ſequent,& late.4.part.c.1. fol.48.

P.

PApa plus poteſt in commutatione piarum uoluntatum quam in alijs.4.part,cap,3,per totum. fol.55.
Papa poteſt concedere facultates teſtandi.& quomodo debeat interpretari.ibidem.&.c.4. fol.57.
Pauper tenetur ad ſolutionem decimarum. 3.par. cap. 4.nume,12. fol.44.
Pauperes non conſtituũt collegium, uel uniuerſitatem. 1,part.c.1.nu,19. fol.13.
Pauperem eſſe,uel diuitem non conſiſtit in puncto indiuiſibili.4.par.c.5.nu.9. fol.63
Pauperes utrum habeant actionem pro eleemoſyna.3. part.c,4.ubi late.nu.2, fol.41.
Pauperum portio utrum ipſis perierit.3.part.capit.3. in fin. fol.38.
Pauper ex eleemoſynis tenetur facere eleemoſynam.3. part.cap.5.num.4. fol.45.
Pauper efficitur dominus eleemoſynæ. 4.part. cap. 1. numero.5. fol.49.
Paupertas non eſt perfectio,ſed perfectionis inſtrumẽtum.1.part.cap.1.num,5. fol.2.

Pars,& totum sunt eiusdem iuris. 3.part. cap. 3. numero.7. fol.39.
Pœna non est imponenda, ubi à lege non est imposita. 3.part.cap.1..nume.9. fol.31.
Pœnitentia utrum habeat locum in continenti post celebratum contractum,ut posit una pars altera inuita recedere à contractu.1.par.cap.4.nu.10. fol.17.
Pensiones an sint eiusdem rationis,cuius fructus beneficij.2.part.cap.8.nu.13.fol.28.&,14.&.21.fol,29, &.3.part.cap.5.nu.7. fol.46.
Potestas,& uoluntas sunt necessaria in quolibet actu.1. part.cap.4.num.2. fol.15.
Possessionis causa est leuior, & ideo leuior probatio requiritur in ea.1,par.cap.4.nu.4. fol.16.
Possessio amittitur ex quali quali uoluntate ibid. numero.6. fo.17.
Possessio ciuilis uacans coniungitur cũ naturali.3.par. cap.2.nu.14. fol.34.
Possessio ciuilis causat præscriptionem.1,part. cap.4. nume.9. fo.18.
Possidentis conditio est melior in pari causa. ibidem. nume.11. fol.19.
Possessoria remedia non sunt cõdictiones licet auocẽt possessionem.1.part.cap.4.nu.12. fol.19.
Prælatus tenetur reddere rationem suæ administrationis.3.part.cap.1.nu.6. fol.31.
Prælati an debeant conficere inuentarium.3.par,cap.1. nume.8. fol.31.
Prælati officium,4.part.cap.6.nu.17. fo,68.
Prælati quando dicantur procuratores.4.part.cap.6. numero,12. fol.67.
Prædicare uerbum Dei quomodo accipiatur.4. parte, cap,6.nu,18. fo.68.
Præsupponens non uidetur disponere,1.par. cap.3.numero,5.&.6. fol.15.
Præscriptiones euanescent,si admittatur remediũ.cap. reintegranda.1.part.cap.4.num.11. fol.18.
Princeps quando posit mutare uoluntatem. 4. parte. cap.3.per totum. fol.55.
Princeps non habet maiorem potestatem,quam lex,uel consuetudo.3.part.cap,5.num.9. fo.46.
Proprium quomodo accipiatur.2.part.cap,3.nume.2. Folio. 25.
Pupillus in casibus habet priuilegium, ut Iudicium in tẽpus pubertatis afferatur.1.part. cap.2. nu.22.fo.13.

Q.

QVarta detrabitur contra uoluntatem disponentis. 4,part.cap.3.nume.3.siue sit canonica siue Trebellianica,siue falcidia licet infalcidia posit error prætendi,ut ibidem. fol.56.

R.

RAtihabitio confirmat contractum inualidum Ecclesiæ uel minoris.1.par.c.3.nu.1. etiam lite cepta super inualiditate contractus.ibid. nu.2. fo.14.
Ratihabitio tacita non sufficit in contractu Ecclesiæ.ibidem.nume.4. fol.15.
Ratihabitio procuratoris tacita non sufficit. ibidem. numero.7. fol.15.
Reiteratio aggrabat culpam, 3. parte. cap.2.nume.7. Folio. 33.
Remedium recuperandæ non competit ecclesiæ, uel minori qui eciderunt à possessione ex inutili contractu.1part.cap..4.num.4.in fin.cum sequent. fo,60.
Remedium retinendæ,& recuperandæ quando concurrere posint.1.part.cap.4.nu,3. fo.16.
Remedium restitutionis in integrum,& nullitatis quãdo posint cumulari simpliciter, uel sub conditione. ibidem.nume.13. fol.20.
Remedium canonis reintegranda.ibidem.nu.11, fo.18.
Remedijs ad possessionem,quæ non sunt possessoria.ibidem.num.12. fol.19.
Rei uendicatio directa uerum dominium præsupponit, & de ea loquitur titulus de Rei uend. 4. part.cap. 6.num.11. fol.66.
In Rei uend.quis probat dominium contra eum qui à se titulum habet ex solo contractu,1.part.cap.4.nu.11. in fin, fo.18.
Rei perfectæ nihil potest super addi.3. parte, cap, 2, nume.6. fol.33.
Resolutio materiæ ex D.Thom.4.par.cap.2.nume,9, & per totum capitulum, fol,54.
Restituere non tenetur quis rem à minore uel ecclesia malè alienatam nisi pretium sibi reddatur,1.part. c. 2.nume.6. fol.8.
Restituere tenetur gratis rem malè alienatam si minor,uel ecclesia pretium perdiderit.ibidem. fo,9.
Ad restitutionem tenetur qui contraxit cum minore, latè hoc disputatur.1.part.cap.2. nume.4. fol.8. cum sequent. Quid si contractus ipso iure ualet licet posit petere restitutionem.ibidem.
Restituere tenetur quod quis accepit à clerico titulo lucratiuo.2.part.cap.8. num.17. fo.28.
Ad restitutionem quis non tenetur semper licet peccet in legem iustitiæ,sed secundum distinctionem.3.par. cap.4.num.5.&.6. fol.42.
Ad restitutionem non tenetur pater,uel filius alimentorum præteritorum,3.part.cap.4.num.5. fo.42.
Ad restitutionem non tenetur quis eleemosynæ omissæ, etiam existenti in extrema necessitate.ibidem. numero.5. fol.42.
Ad restitutionem non tenetur quis semper rei donatæ à minore,uel si ab eo lucratus est in ludo non prohibito.1.parte.cap.2.nu.4,circa finem.& num.5. fo.8.

S.

SEntentia ultimi iudicij qua ratione innitatur,4.par. cap.5.nume,5. per totum. fo.61.
Sententia non potest ferri pro parte..4,part. cap.6. num.9. fo.66.
Seruus est capax naturalis dominij.1.part,cap,1.nu,13. Folio. 4.
Socius potest uti re communi ad usum destinatum socio inuito.3,part.cap.3,num.8. ad aliud uero usum potest impediri ibidem. fol.39.
Sordidus non debet esse melioris conditionis,quam liberalis.3.par.cap.5.nu.2. fo.45.
Stipendia officiorum secularium utrum acquirantur Ecclesiæ.3.par.cap.5.nu,8. fol.46.
Substitutus excluditur per filios legitimatos, per subsequens matrimonium etiã in articulo mortis. 3. part, cap.3.nu.6,fol.38.non tamen excluditur,per ingressum religionis,eo tempore factum.ibidem.
Superflua possidens tenetur de præcepto,facere elecmosynam.4.par.cap.5.nu.3.&.8. fol.60.&.63.
Superfluum quando dicatur.ibidem.nu.9.

T.

TEstandi licentia.uide.in uerbo licentia.
Testari quis potest.licet dispositio conferatur in tempus,quo quis futurus non est dominus. 4.par.cap. 4.nu.8, fol.60.
Testatoris personam hæreditas substinet.ibidem.
Tonsura clericorum quid significet,& quare sit maior tonsura monachorum.3.par,cap.4.nu.13. fol.44.
Tonsuram clericalem quare non posit ferre bigamus sed monachalem.ibid.in fi.
Tutoris uel curatoris authoritas quando extendatur ad donandum.1.par.cap.2.nu.15. fol.11.
Tutoris factio minor potest amittere possessionẽ.1.part. cap.4.nu.5. fol.16.

V.

VErba quando intelligatur de prima uice.4. part. cap.4.num.3. fol.58.
Verba ciuiliter non captiose sunt interpretanda,ut ibidem.
Verba non matematicè, sed ciuiliter intelligenda.4. part.cap.6.nu.18. fol.68.
Verbum prædicare qualiter accipiatur.ibidem.
Voluntas coacta non est perfecta uoluntas,1,part.cap. 4.nu,6. fol,17.
Voluntas, & potestas est necessaria in cuiuslibet actus explicatione,1.par.cap,4.nu.2. fol.15.
Voto quæritur ius illi loco,in cuius fit utilitatem. Contra Caieta.4.par.cap,3.nu.4. fol.56.
Vsus bonorum ecclesiasticorum qualis erat tempore Apostolorum.1.par.cap.1.in principio. fol.1.
Vsus non differt à dominio in ijs,quæ usu consumuntur. 1.par.cap.1,nu,12. fol.4.
Vsusfructuarius est procurator à lege.4.par.cap.6.nume.1. fol.64.
Vsuarius restituit domino quicquid sibi superet etiam ex parsimonia,3.par.cap.5.nu,3. fol.45.
Nulla potestate humana fieri potest,ut in alios usus bona ecclesiastica licitè dispensentur,quàm Ecclesiasticos,& pauperum.2,par.cap.1.in fin.&.3.par, cap. 5.nu.9. fol.46.
Vtilitas publica est præferẽda utilitati priuatæ.4.part. cap.3.nu,5. fol.57.

DE REDDITIBVS Eccleſiaſticis, Pars prima.

De natura Eccleſiaſticorum bonorum, & dominio, atq; eius acquiſitione, & poſſeſsionis etiã amiſsione & recuperatione.

Summarium ex. Cap. I.

1 Bonorum Eccleſiaſticorum vſus qualis eſſe debeat ex Apoſtolorum obſeruatione.
2 Per Apoſtolos non fuit Eccleſiæ ordinata paupertas.
3 Conſilia Euangelica quando, & quomodo obligent.
4 Vtrum Apoſtoli paupertatem ſeruare fuerint obligati, & emiſerint paupertatis votum.
5 Quare Eccleſia in Iudæa nõ poſsidebat prædia, & poſtea cœpit in gentibus poſsidere.
6 De paupertate Apoſtolorum & an votum emiſerint.
7 Apoſtoli habebãt Dominium eorum, quæ ſibi offerebantur.
8 Dominium non aduerſatur perfectiſsimo Paſtorali ſtatui.
9 Epiſcopus an poſsit intendere augmẽto temporalium bonorum Eccleſiæ.
10 Paupertatis voto an ſoluantur Fratres facti Epiſcopi.
11 Panis, quo veſcuntur Fratres Minores, an ſit in eorũ dominio, & quod in his rebus non poſsit dominium ſecerni ab vſu.
12 In his quæ vſu conſumuntur vſus, & vſusfructus à dominio non differunt.
13 Votum, vel lex non poteſt dominio naturali aliquem prohibere.
14 Dominium rerum conueniens eſt Epiſcopali perfectiſsimo ſtatui.
15 Dominium rerum Eccleſiæ apud quem ſit. & in parte. 4. cap. 1.
16 Magis inſpicitur perſona in cuius vtilitatem datur, quàm perſona cui datur.
17 Dominium rerum Eccleſiæ non eſt apud pauperes.
18 Clerici poſsunt viuere de redditibus beneficiorum, & conſeruare bona propria.
19 Pauperes non conſtituunt collegium, nec vniuerſitatem.
20 Intellectus. § & vnum hominem inſti. de hæredib. inſtituen.
21 An dominium ſit apud Eccleſiam, vel vniuerſalem, vel particularem.
22 Dominiũ rerũ eccleſiæ an ſit apud Chriſtũ.

CAPVT PRIMVM.

In quo de origine, & natura rerum Eccleſiæ agitur, & apud quem ſit earũ dominium, & quomodo acquiratur.

LICET titulus, & argumentũ huius libelli vſum fructum bonorum Eccleſiaſticorum, nõ proprietatem eorum vocet in cõtrouerſiam, tamen, quia & vſus, & fructus aliquando pars dominij eſt, aliquando vero dominium eſt eorum cauſa, ideo operepretiũ erit promiſcue bo

A norum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

norum eccleſię originem, & naturam præuiter demonſtrare.

Bonorum igitur eccleſiaſticorum natura ab initio naſcentis eccleſiæ ab Apoſtolis conſtituta, & per manus ad poſteros tranſmiſſa duplicem vſum proſpicere videtur, diuini ſcilicet cultus exhibitionem, & pauperum victum fidelium, ille, vt ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſię, & verbi Dei & diuini cultus inſtrumenta complectitur, ita latriam erga Deũ, & opera charitatis ſpiritualia erga homines reſpicit, & amplectitur, hic vero ſubueniẽdo pauperibus in corporalibus charitatis operibus verſatur, prior vſus ſemper præcedere debet, & anteferri, cũ ſpiritualia corporalibus ſint potiora. Ideo in Concilio Carthaginenſi. 4. omnia fere opera charitatis corporalia Epiſcopis interdicuntur, vt lectioni, orationi, & verbi Dei prædicationi, quæ in priori gradu connumerãtur, melius vacare poſsint, vt infra latius oſtendemus. Qui ordo vt in miniſterio perſonarum, ita in diſtributione bonorum temporalium Eccleſiæ ſeruandus eſt, vt potius neceſſaria diuino cultui, & miniſtris tribuantur, ſi rei quãtitas nõ ſit ſufficiens ad vtriuſq; vſus neceſſaria miniſtranda, vt in c. quia tua fraternitas. 12. q. 1. Gregorius apertiſsime ſentit, ibi, *omne quod ſupereſt neceſsitatibus, in cauſis piis ac religioſis erogandũ eſt, Domino Magiſtrõ dicente omnibus, quòd ſupereſt date eleemoſynam.* illud certiſsimũ eſt, illa, quæ neceſſaria non ſunt, licet maximè ad ornatum diuini cultus, & elegantiam pertineant, neceſsitatibus pauperum debere cedere, vt beatus Ambroſius probat in canone aurũ habet Eccleſia. 12. q. 2. & diuus Hieronymus in. c. gloria epiſcopi. eadem cauſa. & quæſtione. alia tamen ratione in ipſo eccleſię exordio, quàm nunc eccleſia vtitur rebus eccleſiaſticis, & Deo oblatis vtebantur Apoſtoli: tunc enim fideles bona vendebant propria, & pretium eorũ ad pedes Apoſtolorum deferebant, vt in actis Apoſtolorũ legimus, & à poſſeſsione immobilium eccleſia abſtinebat, ſed pecuniã ex venditionibus prædiorum oblatam in alimenta egentium erogabat, nec vt propriam eam Apoſtoli poſsidebant, non vt ſucceſſoribus ſuis, vel eccleſiæ eam legem conſtituere velint, ad ea. n. quæ ſupererogationis ſunt, nemo niſi ex propria voluntate, & voto aſtringitur, quia conſilia euãgelica ſolum volẽtem ligant quoad opus, licet mentaliter ad illa omnes obligentur: ſemper enim non ſolum Epiſcopi, & Clerici, qui aſtrictiori obligatione tenentur: verum quilibet fidelis ea mente, et propoſito eſſe debet, vt, ſi neceſſariũ ſit pro Dei amore, & animæ ſuę ſalute, patrem, & matrem, vxorem, & liberos, bona, honorem, & vitã conſeruãt, & perdat, quod optimè inſimili explicitur ex elegantiſsimis verbis Põponij iuriſconſulti in. l. Si quis ita legauerit. ff. de cond. & demonſtr. vbi ita inquit, *Si quis ita legauerit, dum vxor mea cum filio erit, hæres meus ei tantum dato. Si ea latitans patronum, de medio diſceſſerit, vt tamen conſiliũ retineret habendi ſecum liberos deberi ei legatũ. Trebatius, & Labeo aiunt, quia non omne momentum exigendum ſit vt cum liberis ſit, ſed vt eam mentem & propoſitum habeat, ne filium à ſe dimittat, neve per eam ſtet quominus cum ea filius educetur.* facit: ea quæ dicit S. Tho. 22. q. 184. art. 7. ad primum, & ideo martyrium eſt de præcepto ſecũdum animi præparationem, licet non abſolute, vt probat idem S. Tho. 22. q. 124. ar. 1. ad. 3. & in addi. ad. 3. partem, quodlib. 4. q. 10. art. 20. Ideo nõ tenetur quis ſe offerre martyrio, deprehenſus tamen fidei confeſsionẽ morti præferre tenetur, vt eleganter Gregorius Nazianz. animaduertit oratio. 6. in monod. primum enim ſupererogationis eſt, quod de muliere Ediſſena, quæ cum puero paruulo cucurrit ad martyrium, refert Socrat. in Eccleſiaſt. hiſto. lib. 4. ca. 14. & theodorit. lib. 4. c. 16. Secũdum vero eſt neceſsitatis, & ita ſanctus Thomas. d. quæſtio. 124. Martin. 3. ad primum. d. nullus eſt actus perfectionis ſub cõſilio cadens, quæ in aliquo euentu non cadat ſub pręcepto quaſi de neceſsitate ſalutis exiſtens, re enim ipſa niſi

niſi ea neceſsitas ingruerit, vt animæ ſalus periclitetur, ſolus is tenetur ad ea quæ ſuper erogationis ſunt, qui ad id volũtate, & voto expreſſo, vel tacito, ordine, vel officio ad id ſe obligauerit, ex mente S. Tho. in quodlib. 6. art. 12. ad primum, & ſecundũ. mẽtaliter tamen (vt diximus) ſeruari debẽt conſilia, quibus adeo ſunt connexa præcepta, vt ſeruari nullo modo poſsint, niſi mentaliter ſeruentur conſilia, & ita quantum ad animi præparationem conſilia, ab omni fideli ſunt ſeruanda, nõ tamen ſemper per exequutionem operis, ſed quando neceſſitas ſe offerat, vel ſi ſpeciali voto ad ea ſe obligauerit, vt poſt S. Auguſtinum in lib. de Sermone Domini in monte, dicit S. Thomas. 2. 2. q. 43. artic. 8. ad quartum.

Et ideo, licet Apoſtoli aliquo tẽpore, ita paupertatẽ ſeruauerint, & ſancta mater Eccleſia, vt à poſſeſsione bonorũ abſtineret: id tamen non eo cõſilio factum eſt, vt ſemper futuris temporibus obſeruaretur: ſed vel quod eo tempore prædicationi euangelij, quo & conſilia, & præcepta continebãtur, id obſtare videretur, cum difficile fuerit alijs, quod ipſe non præſtes perſuadere, vel ob alias cauſas, quæ colligi poſſunt ex S. Tho. 3. parte. q. 40. art. 3. vel quòd Apoſtoli ad id propria voluntate ſe aſtringerent, quòd videantur vouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, vt aſſerit S. Thomas. 2. 2. quæſt. 88. artic. 4. ad tertium in fine, & Pelagius de planctu eccleſiæ lib. 2. c. 60. colum. 7. qui allegat Auguſt. de ciuitate Dei lib. 17. cap. 4. vel quod eo tempore, & conſiliorum neceſſitas ſe oſtendebat, & ob id à Domino præcepta eis ſpecialiter erant dum eis dominus ad prædicandum miſit dicens Matth. 10. *Nolite poſsidere aurũ, nec argentum, nec pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, nec calciamenta, nec virgam &c.* & Luc. 9. & poſtea Petrus nomine ſuo, & aliorum Apoſtolorum dixit, *ecce nos relinquimus omnia &c.* Math. cap. 19. Vel quia (vt inquit) Melchiades Papa *futuram eccleſiam Apoſtoli in gentibus præuidebant. Idcirco prædia in Iudæa minime ſunt adepti: ſed pretia tantummodo ad fouendos egẽtes,* vt dicitur in cap. futuram. 12. quæſt. 1. vbi ſubdit Vrbanus papa in canone ſequenti. *Videtes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis poſſe cõferre, ſi hæreditates, & agros, quos vendebant eccleſijs, quibus præſidebant epiſcopi, traderent, eo quòd ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris tẽporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipſorum, cœperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebãt, matricibus eccleſijs tradere, & ex ſumptibus earũ viuere. Ipſæ vero res inditione ſingularũ Parochiarum Epiſcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus,* & notandum eſt ſecundùm Aluar. de Pelag. de planct. Eccle. lib. 2. c. 55. col. 5. quod Melchiad. in dicto cap. futuram intellexit, quòd Apoſtoli non ſunt adepti prędia pro eccleſia ipſa, quam præuiderunt futuram in gentibus, non pro ſe ipſis, quia Apoſtoli pro ſe ipſis non plus ſunt adepti prædia in gentibus, quam in Iudæa. Sed nec illa fuit cauſa principalis, & vniuerſalis: ſed particularis, & acceſſoria, quia ratio principalis, & literalis fuit, vt ſoliùs vitæ neceſſarijs alimentis, & tegumentis contenti, prima ad Timot. 6. 12. q. 1. c. Epiſcopus. deo liberiùs vacarent, euãgelio expeditius inſtarent, mundo exemplarius coruſcarent, & vniuerſorum neceſsitatibus promptiùs miniſtrarent, & prouiderent. Hæc ſunt verba Pelagij, qui hoc latiùs proſequitur, & inter alias rationes col. ſequen. dicit, quòd ſtante apice apoſtolicæ perfectionis Apoſtoli non poterãt pro ſemetipſis in ſpeciali, nec in communi, quantum ad ipſorum commoditatem propriam prædia recipere, nec retinere in Iudæa, nec in gentibus: *quia ſi vis perfectus eſſe &c.* & etiam allegat. illud Luc. 9. & Matth. 10. *Nolite poſsidere &c.* vbi Chriſoſtomus appellat illud præceptum, & dicit quòd ſpecialiter fuit impoſitum diſcipulis, dum ad prædicandum Iudæis mittebantur, vel quod (vt ſupra diximus) in-

gruente necessitate illa, quæ aliàs erant de consilio, efficiuntur de præcepto, vel quia ratione officij, quod acceperãt, quòd alio modo eo tempore ministrari, non poterat, illa inerant tunc, quæ postea illa necessitate cessante. non obligabant, & ita Ecclesia, & eius ministri bona potuerunt habere, & licitè ea possiderunt, & possident: vt post S. Thom. 2.2.q.185.artic. 6. & optimè explicat R.P. Dominicus de Soto libr.10.de Iust. & Iur. quæst.4.art.1.

Sed vt hæc res plenius explicetur non omittam dicere, quid sentiam, cum videã variè supradictos Patres in varias ire sententias, nec autoritatibus satisfieri, maximè cum pontificalibus decretis aliqua ex parte repugnare supradicta videantur: nam in extrauaganti, cum inter nonnullos, de verborum significatione Ioannes.22. apertissimis verbis determinat esse hæreticam opinionem affirmare redẽptorem nostrum, ac Dominum Iesum Christum, eiusq; apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi, item hæreticum esse affirmare Redemptori nostro, & eius Apostolis nequaquàm ipsis rebus vtẽdi ius competisse, nec ius vendendi, vel donandi eas res habuisse, aut ex ipsis alia requirẽdi, de quo latissimè Card. Turrecrem. in cap. exemplum.12.quæst.1.vbi Alexand. transcribit (vt solet) eius dicta, & ante eos latissimè Aluar. de Pelagio dicto loco, & licet videatur hoc contrarium fuisse voto, quod emisisse Apostolos, S. Thom. supra allegatus asserit, quia videtur, quod si vouissent, non possent dominiũ rerum habere, nec donare, vel vendere res sic habitas possent, sed ego puto, quòd quànuis vouissent Apostoli, vel firmiter proposuissent seruare omnia ea quæ sunt status perfectionis, non tamen paupertaté in specie vouisse, quia non semper ea ad statum perfectionis est necessaria, quia paupertas non est perfectio, sed perfectionis instrumentum, vt S. Thom. etiam fatetur in.22.quæst.184. artic.3. in responsi: & Ioannes Cassianus collatione.1. in cap.7. inquit *Ieiunia, vigiliæ, nuditas, meditatio scripturarum, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia nõ in his, consistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finẽ. in cassum igitur hæc exercitia molietur quisquis velut summo bono his contẽtus, intentionẽ sui cordis hucusque affixerit. & nõ ad capiendũ finẽ, propter quem hæc appetenda sunt omni conatu semet extenderit, habẽs quidem disciplinæ illius instrumenta, finem vero in quo omnis collatus est fructus ignorat.* Et ideo dicit idẽ S. Tho. in.d.q.184.artic.7. ad primum, quòd abrenunciatio propriarum facultatum duplici ter considerari potest, vno modo secundũ quod est in actu, & sic in ea non consistit essentialiter perfectio, sed est quoddã perfectionis instrumẽtum, vt supradictũ est, & ideo nihil statum prohibet perfectionis esse sine abrenũciatione propriorum, sicut etiam dicendũ est de alijs exterioribus obseruantijs, alio modo potest considerari secundũ præparationẽ animi, vt scilicet homo sit paratus, si fuerit opus, omnia dimittere vel distribuere, & hoc pertinet ad perfectionem, (hæc sunt verba S. Tho.) & ita isto modo credo vouisse apostolos, vel firmiter decreuisse seruare ea, quæ sunt status perfectionis, nõ autẽ paupertatẽ perpetuã specialiter vouisse, nec hoc est alienũ a mẽte S. Thomæ dict. q.88.art.4. ad 3. in fi. qui dicit quòd apostoli intelliguntur vouisse pertinẽtia ad perfectionis statum, quod nõ infert vouisse paupertatẽ in specie, & ideo
6 licet apostoli sequuturi Christũ omnia reliquissent & quãdo missi sunt ad prædicãdũ eis præceptum a Domino fuerit, vt nec aurum, nec argẽtum possiderent: quod id, eo tempore conueniens erat: sequuturis enim Christum ab eo in euangelio dicitur, vt si velint esse perfecti, dimittant omnia sua, vt melius *nudi nudam Crucem sequantur*, vt inquit diuus Hieronymus ad Nepotianũ in cap. clericis. 12.q.1. siue id ex præcepto Christi: siue ex propria volũtate, siue vtraque ratione fuerit impositum: tamen post quàm à Christo Domino nostro potestas ligãdi, ac soluẽdi est cõcessa, & ex discipulis magistri sunt constituti, & pascendi gregem cura est eis commissa, videtur eis dominio bonorum nõ fuisse interdictum, nã vt Ioan. Dried. lib.3. de regul. & Dogmat. sacræ, script. pag. 216. loquẽdo de baculo,
„ & pera, optimè inquit, manifestum est & in
„ rebus alijs Christũ primitus dedisse præce
„ pta quædã, quæ postea relaxauit, qui prius
„ dixit in viam gentium ne abieritis, post re-
„ surrectionem Dixit, *ite & docete omnes gentes*, &c. vbi etiam ponit alia quæ cõfirmãt hanc intelligentiam, & ideo quàmuis adolescenti dixit. *Si vis perfectus esse* &c. Petro, dum Pastor instituitur, nulla exigitur paupertas, sed charitatis culmen, vt dicit Frater Dominicus de Sot. dict. q. 4. art. 1. ideo etiam statim ipso in limine nascentis ecclesiæ dominium plurimorum Apostolos ac
7 quisiuisse apparet: quod enim à fidelibus ipsis offerebatur, nonne erat in eorum dominio? saltem in cõmuni, vt late per Card. Turrecrem. in cap. dilectissimis. 12. quæst. 1. nu. 11. ad quartum, & in lib. 2. de Ecclesia. cap. 112. ad. 12. vbi late per ipsum, & in particulari. nonne huius dominij ratione paupertatibus distribuebãt? nonne fraudantes bonis oblatis morte mulctabantur? vt Ananias, & eius vxor Saphira morte temporali & perpetua experti sunt, vt in actis Apostolorum legitur, &. 12. q. 1. in dicto cap. di lectissimi beatus Clemens explicat.

Licèt enim ipsi ea mente acciperent, vt
9 in pauperes erogarẽt, & licet dantes etiam eo animo fuissent, & licet expresse hoc cõuentum esset, dominiũ tamen ad eos transibat, vt in.l. si pecuniã. §. si seruum quis. ff. de cond. ob cau. vbi not. glo. maxime, quia ex his bonis seipsos alere potuisse nemo nõ fatebitur. Dominium ergo Apostoli habebant effecti magistri, licet quando discipuli sub Magistro Christo erant aliquando eorum volũtate, aliquando præcepto paupertatem profitebantur, hac tamen obligatione facti magistri fuerunt liberati, etiam si votum perpetuæ paupertis emisissent, quatenus officio pontificali repugnaret, & in aliquo impedirentur ad exercendum

Pontificale officium, quod esset si dominium bonorum non possent habere, vt pauperibus subuenirent, & egentibus vt ex S. Thom. colligitur. 2.2.q.185. artic. 8. in responsione, & vt ipse dicit expresse, vt sint tãquàm dispẽsatores in. 2. 2. q. 88. art. 11. ad quartũ. Statui enim magisterij, & pastoralis curæ gregis nõ aduersatur dominiũ, im-
8 mo vtile, est instrumentũ, vt necessitatib⁹ subditorum prouidere possint episcopi. Nã vt inquit Diuus Ambros. *Sicut diuitiæ sunt impedimẽta improbis, ita probis sunt adiumẽta virtutis.* Huic sentẽtiæ conuenit, quod de beato Paulino refert Prosper in Canone expedit. 12. q. 1. cuius verba sunt. *Deniq; S. Paulin⁹, vt ipsi melius nostis, ingẽtia prædia, quæ fuerũt sua, vẽdita pauperibus erogauit: sed dũ factus esset Episcopus nõ contẽpsit Ecclesiæ facultates: sed fideliſsime dispensauit,* & paulo post. *Quid Sanctus Hylarius? nõne ipse omnia sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? is tamen cum merito suæ perfectionis fieret Ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quæ illa tunc habebat ecclesia, non solum possidebat, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit.* Hæc exempla hodie seruat Ecclesia Catholica, vt qui paupertatem expresse vouerunt, ad culmen magisterij episcopalis erecti, ea lege quodammodo sint liberati, alios enim ea dignitas mores postulat, alia enim lex est perfecti discipuli, aliæ leges magistrum decent, &
9 ideo licet Episcopo, dummodo id fiat sine spiritualium damno, & pastoralis proprij officij, (quod in oratione, prædicatione, & sacramentorũ ministratione consistit) anxia solicitudine remota, intendere multiplicationi temporalium ecclesiæ suæ, vt per Card. Turrecre. in. c. episcopus tertio. 88. dist. de cõseruatione enim nulla potest esse dubitatio, cũ ex officij sui obligatione ad id teneatur, vt in dictis Canonibus, & expresse S. Thom. 2.2.q.43.art.8. deniq; huic perfectissimo statui dominium nõ potest esse in culpa, sed vsus. *Nõ est enim in rebus vitiũ* (inquit Seneca) *sed in animo,* ad quod facit, quod dicit S. Tho. 2.2.q.32.art.5. ad se-

cundũ, *vt qui emunt*, vt inquit Apostolus.1. ad Corinthios.c.7. *Tanquàm non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquàm non vtantur*, & ita perfectio euangelica in episcopis est, vt tot rerum Domini consilio apostoli co vtantur ad Timot.1.c.6. qui ita inquit. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, contenti sumus.*

Nec his obstat, quod beatus Tho. 2. 2. q.185.art.8.& Card. Turrecrem. qui eum transcribit in cap. de monachis.16. q.1. velint monachũ episcopum factum nõ solui
10 à voto paupertatis, nec summum Pontificem dispẽsare in voto paupertatis, vt in.c. cum ad monasterium de Stat. monach. in fi.& S.Tho.2.2.q.88.art.8.ad quartum,& q.185.art.8.not.gloss.in dicto.c. de monachis, quia vt ex ipso.S.Tho. colligitur, qua tenus votũ monachale impediret officiũ Pontificale, est sublatum per assumptionẽ ad episcopatum. impediret verò, si episcopi facti non possent habere dominium eo modo, quo supra dictum est de dominio, quod habebant Apostoli, vt sic eo vtãtur, ac vtebantur Apostoli ad prouidendum egenis,& sicut dispẽsatores, vt per S. Tho. vbi supra,& Card. Turrecrem.c. non dica
Cõtra So tum. tis.nu.2. 12. q.1. licet Sotus in dict. lib.q.5. art.7.amplius eis concedat, sed non ex mẽte S. Thomæ, ex his vana mihi videtur illa quæstio Pelagij, an vestes Petri, quibus indui eum Angelus iussit, essent Petri, quoad dominium, vel vsum tantum: primo, quia Petrus nõ emisserat votum paupertatis in specie, item quia etiam si emississet, eo tempore, quo alloquutus est eum Angelus solutus prædicta lege paupertatis erat, quatenus dispensationi,& ministerio gregis bona erant, vel necessaria, vel erant vtilia pietatis instrumenta, vt infra dicemus, quinimò, etiãsi nõ esset ab obligatione pauper tatis liberatus, tamen vestium, quibus induebatur dñs erat Petrus,& panis, quo ve-
11 scebatur,& hodie fratres beati Francisci vescũtur, (licet eorũ ordinis Aluar. de Pelag. in dicto tract. de planctu Ecclesiæ cap.56. per plures,& plures columnas nimis hanc rem vrgeat) in dominio Petri tunc erat, & fratrum S. Frãcisci hodie est, nisi velis eius panis, qui ipsorum dẽtibus teritur, eo tempore non esse eos dominos, quod naturali rationi manifestè repugnat. quod si eo tempore in eorum dominio est,& antea, cum ad hoc manibus capitur, erit & per consequens, cum in eorum præsentia in mẽsa ponitur,& cum à fidelibus eleemosynæ causa traditur: alioquin cuilibet à manibus eorũ eripere liceret, cum ea, quę in nullius bonis sunt, cuilibet occupare permissum sit. qđ si fures,& latrones sacrilegos, qui à talibus supradicta eriperent, iure quis appellet, ergo eos dominos esse consequitur, & necessariũ est,& licet his rebus vti, possint fratres à superiobus prohiberi,& eis auferri possint, id tamẽ ratione obedientiæ, quã vouerunt magis, quàm ratione paupertatis est. nec hoc facit, quin interim dñi sint, vt in.l.2.ff.de indi. addict. & apparet ex his, quæ dicemus in.4.parte in.c.5.num.11. nec obstat tex.in.l.id vestimentum.ff.de pecu lio, quia ibidem dominus est capax, ideo apud eum potest residere dominium vesti menti seruorum, sed in monachis non magis est capax superior, quàm cæteri fratres, ideo dominium harum rerũ, quod in vsu cõsistit, est apud eum, apud quem est vsus: quicquid Specula. titul. de actore nu.51. in
12 ijs enim rebus, in quibus non facilè vsus à proprietate secernitur, concesso vsu,& proprietatem concedi necessarium est, vt multis notabilibus argumẽtis probat elegãter summus Pontifex Ioannes.22. in extrauaganti, ad conditorem. de verbo. signi. quæ colliguntur in.l.si tibi vini.ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumuntur, vbi inquit Caius. *Si vini, olei, frumenti, vsusfructus legatus fuerit, proprietas ad legatarium debet trãsferri*: & expresse Sãctus Thom.2.2. quæst.78.artic.1. in concluf. qui ita inquit: „
vnde in talibus non debet seorsum cõputari vsus rei ab ipsa re, sed cuicunq; conce- „
ditur vsus ex hoc ipso cõceditur res,& per „
hoc in talibus per mutuum transfertur do „
minium, quod naturali necessitate contin- „
gere

gere ꝓbat idẽ Caius in.l.2.§.nec.n. naturalis, eodem tit.& probatur.in.§.cõstituitur insti. de vsufruct. vbi tex. inquit. *Nã hæ res neq; naturali ratione, nec ciuili recipiũt vsumfructũ &c.*& S. Tho. vbi supra in Respõ. ad.3. Nec in his speciebus differt vsusfructus ab vsu, vt probat Vlpianus in.l. hoc Senatum consultũ.in.§.fi.ff. in eod.tit. & ita vsus, vel vsusfructus harum rerum proprietas est, cum non possit vsus à dominio separari, vt etiam probatur in.l.si à furioso, & in.l.nam etsi fur,& in lege si filius famil. in.l.nõ omnis in.§.si pupillus.ff. si certum petatur. & in.l.si quis pro eo.§. si numos. ff. de fideiuss. & licet in rebus alienis ante cõsumptionem non detur dominiũ, vt in dict.ll.probatur, tamẽ in his, in quibus domini voluntate conceditur vsus, dominiũ cum vsu transire necesse est, vt in dicta.l.si tibi.& licet ipse Ioannes.22. verbo dominium nõ vtatur, vtitur tamen verbo iuris, quo verbo dominium significatur, nullo apud aliud quã vtentẽ dominio cõstituto: sed ea ratione verbo dominij abstinere voluit, vt fratres minores intelligant hoc dominium, quod ipsi habent, ita sola necessitate naturæ initi, adeoque à legis positiuæ dominio esse semotum, vt vix dominij nomen possit vendicare,& ideo pecunia, quę inuentio est hominum, non naturæ, ob eã
Li.5.Ethi. cap.5. enim causam (vt inquit Aristoteles) nomẽ duxit, quòd non à natura νομισμα, sed à νόμῳ, ideſt lege numus sit ortus, abstinere omnino voluit, etiam si ad comparanda ea, quæ natura ipsa necessaria sunt, sit instituta, aliarum autem rerum, quæ ad victũ, & vestitũ omnino sunt necessaria, dominium conceditur. Nec huic dominio obstat votum quodlibet, vel obligatio paupertatis. Votum enim, vel obligatio talis omne dominium respuit, quod lege positi
13 ua potest induci, vel tolli, dominium autẽ tale, quod lege naturæ est necessarium nõ lege, vel obligatione potest impediri: nulla enim ratione effici potest, vt quis obligetur, vt à fame,& frigore,& ab alijs humanę naturæ hostibus nõ se defendat. *Nã aduersus periculum* (inquit Caius) *naturalis ratio permittit se defendere*, in.l.itaq;.ff.ad.l.aquiliam. ideoq; si dominium panis,& similiũ ad famen,& frigus expellendũ, est necessarium, prædicto voto non compræhenditur, nullũ enim potest fieri paupertatis votum, quo à necessario victu,& vestitu quis prohibeatur, vt in.c.exijt.§.porro verbo. profecto. de verb. signifi. li.6. Omnia enim, quæ legi naturæ directo opponuntur, ab omni lege, voto,& obligatione videntur exẽpta, vt infra latius dicemus, ex quo fit, vt neq; dominium harum rerum eo tẽpore, quo sunt necessariæ prohibeatur, in futurum tamen sibi prouidere, cũ naturæ necessitas prẽsens solum tempus respiciat, vt infra dicemus, voto poterit excludi, si specialiter in hoc emittatur: & supradicta colliguntur ex dicta extrauaganti ad condito
Cõtra Aluar. de Pelag. rem. quicquid Aluar. de Pelag. in.d.c.56.cũ sequentibus,& præcipue in cap.59. nititur concordare dict. extrauagantem ad condi torem. Ioan.22.cũ.d.c.exijt de verb. signif. lib.6. Nicolai.IIII. cuius in hoc vanus est labor, cum idem Ioan.22. in extrauaganti, quia quorumdã. eod.tit. de verb. signi. per plures columnas id prosequatur, ex cuius dictis apparet fieri nulla ratiõe posse, vsum facti ita esse remotum à Iure, vt sine eo iuste possit reperiri. nec ijs obstat de stipulat. seruo. §. sed cum factum, quia nec ibi illud factum est remotum à iure, cum ex obligatione,& ciuili,& naturali foueatur. Si enim omnino iure destitueretur, impunè posset seruus ille vti prohiberi. quinimò prædicti dñij naturalis capax seruus, vt videtur in l. seruos. ff. de aliment. leg. iũct. l. quod attinet de reg. iur.& l. nec seruus. ff. de pecul. ex quibus prædictum monachorũ dominium satis probari videtur.

Dominiũ ergo, quod vitę humanę necessarium est.& lege sola naturali nititur, nulli est prohibitũ in ecclesia Dei: dominium vero humano iure,& gentiũ excogitatum,& non solum ad sustentationem naturæ, sed ad commoditatem ciuilem, siue politicam solis illis interdictũ est, qui propria volun-

tate,& voto se incapaces reddiderũt,quod
14 dominium non solum nõ est contrarium ecclesiæ instituto, & episcoporum perfectissimo statui,sed ijs, quibus cura gregis commissa est,maximè conueniens, & necessarium. Ideò & istud dominiũ Apostoli habuerũt postquàm ex discipulis magistri à domino nostro fuerunt effecti,& ita iure opes sacerdotes,& episcopi possident, vt etiam Ecclesia declarauit damnando cõ trariam impiorum Hæreticorum sententiam superioris temporis,quam tenuit impijssimus Ioann. Vuicleff. & eius discipulus Hieronymus de Praga. quem semel abiurationis iam factæ expressè pœnituit, & ita combustus in hoc mundo arrhã æternæ damnationis accepit. habere igitur potest ecclesia bona mobilia, & immobilia vt habet imò necessarium est, vt fidelium necessitates subleuare possit, & ministros, & diuinorum ministerium sustentare.

Horum dominium varijs ex causis acquirere ecclesia solet, aliquando iure sibi deferuntur,vt in decimis videmus cap. ecclesias. 13. quæst. 1. Aliquando largitionibus conferuntur fideliũ,vel ex cæteris contractibus, quibus omnes alij vtuntur per suos administratores acquirit. Horum autem bonorũ administratio, & potestas episcopis ab illis temporibus,quibus ecclesia cœpit bona conseruare,est concessa, vt in cap. videtes versi. ipse vero,cuius verba supra recitauimus,& probatur etiã eod. tit. c. expedit. vbi dicit text. *Cũ Præpositus factus fuerit ecclesiæ,omniũ,quæ habet ecclesia efficitur dispẽsator*,& in. c. quisquis Episcopus. 12. q. 2. idẽ dicitur in. c. Episcopus,& ex canone Apostolorũ. c. præcipimus. *Præcipimus,vt in potestate sua res ecclesiæ episcopus habeat. Si enim animæ eorũ pretiosiores illi creditæ sunt,multo magis oportet eum curã de pecunia agere,ita vt potestate eius indigẽtibus omnia dispẽsentur per Presbyteros,& Diaconos, & cũ timore, & omni solicitudine ministrentur.*

Apud quem autem harũ rerum dominium sit,non est apud nostros parum controuersum: glos. enim in cap. expedit. 12. q. 1. ponit varias opiniones,pro quarũ intelligentia repetẽdum est,quod supra diximus in principio, quòd bona ecclesiastica in hoc destinata sunt, vt ex eis, tam ecclesiæ ędificia,quàm ornatus necessarij conseruẽtur,item vt Prælati, & ministri sustententur,& pauperibus subueniatur, vt probatur per plures tex. 12. q. 2. vt in cap. vobis, & cap. Vulterana,& cap. concesso, & cap. quatuor,&. c. de redditibus,&. c. cognouimus,&. c. mos est,&. c. sancimus. Cum igitur omnibus istis vsibus,& ministerijs res ecclesiæ sint destinatæ, apud quem dicatur esse dominium, doctores varijs in lo-
15 cis disputãt,tam in dicto. c. expedit, quàm in. c. cum super de caus. possess. & proprie. vbi post Innoc. Abb. & alij,idem Abb. in repetione. c. cum esses,nu. 29. de testamen. Fab. §. nullius de rerum diuisio latè Cardi. Tuurrecr. in. c. videntes. 12. q. 1. & in cano. quisquis, cuius dicta transcribit. vt solet Card. Alexã. in. d. c. expedit. ponit etiã idẽ Card. Alex. c. 1. 44. dist. & erant,qui dominium rerum ecclesiarũ apud pauperes esse dicebãt,vt glos. dict. c. expedit, refert per tex. in. c. quoniã quicquid. 16. q. 1. vbi Hieronymus inquit. *Quicquid habent clerici pauperum est*,& infra. *Qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt,si quod pauperum est accipiunt,Sacrilegium profecto incurrunt*, & in. c. decimæ eadem caus. & quæst. dicit diuus Augu. *Decimæ tributæ sunt egentiũ animarum*, & inferius. *Decimæ etenim ex debito requiruntur,& qui eas dare noluerint,res alienas inuadunt,& quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat,illo decimas non dãte,fame mortui fuerint,tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatã suis vsibus reseruauit.* & tex. in. d. c. Episcop⁹. 12. q. 2. cuius verba supra sunt posita: facit etiã tex. in. cap. futurã. 12. quæst. 1, vbi inquit Mælchiad. quod precia prædiorum Apostoli accipiebãt ad subueniendos egentes: & ita videtur pauperum causa bona ab ecclesijs fuisse accepta vt egenis prouideretur. innumerabilia sunt sanctorum Patrum similia decreta, quæ

quæ bona ecclesiæ bona pauperum appellant. ex quibus videtur dominium harum rerum apud pauperes esse, nec hoc impedit,quòd bona hæc à fidelibus in ecclesia, non in pauperum potestate ponantur, quominus pauperum fiant. *Nam & si filiæ nomine genero, aut sponso dotem dare quis iusserit, non gener, aut sponsus, sed filia habet actionem, cuius maximè interest indotata*
16 *tam non esse*, vt inquit tex. in. l. seruo legato. §. si testator de legat. 1. Non enim inspicimus cui datur, sed cuius causa, & contemplatione datur, vt ibidem, & in concordan. in glos. allegatis. optimus text. in l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam. Vbi inquit Marcellus,*& sanè in plerisque ita obseruatur,vt omissa interpositi capientis persona expectetur.* Vbi concordant. in glos. bonus,tex. in authen. vt de cætero non fiant commut. rerum ecclesiæ. versi. de cætero colum. 5. text. in. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Senat. cons. Trebelli. optimus text. in. l. 3. §. item si quis,&. §. sed si proponas, &. §. hoc amplius. ff. de legat. præstand. 17 bonor. possess. contr. tabul. peti. vbi concordant. in glos. optimus text. in. l. in seruitutem in. §. non vtique & in. §. præterea. ff. de bono. libert. facit etiam text. in. l. Sulpitius. ff. de donationib. inter vir. & vxor. ex quibus possemus satis ornare, & dilatare hoc argumentum,si non solius vtilitatis rationem baberemus. Bartholomeus Socynus aliqua huic consona ponit cons. 49. volumi. 4. nume. 12. cum sequent. Iason in l. Marcellus nu. 34. cum sequẽ. ff. ad Senat. consul. Trebel. & Emanuel de Acosta eruditissimus Lusitanus in repetit. l. cũ tale. §. si arbitratu. 5. ampli. ff. de cõdit. & demõst. qui se remittit etiã ad repet. cap. si pater de testam. lib. 6. in verbo Trebellianicæ, cui⁹ lectura nondũ ad manus nostras peruenit.

His consonare videtur verba cuiusdam constitutionis Iustiniani, quam cum alijs habemus diligentia R. P. Antonij Augustini Episcopi olim Alifani in auditorio Sacri Palatij collegæ nostri clarissimi, nunc Illerdensis Episcopi meritissimi totius antiquitatis paratissimi promptuarij, quæ constitutio est in titulo de Sacrosanct. Eccles. nume. 26. incipiens cum in multis, vbi Iustinianus approbans institutiones de Iesu Christo Domino nostro factas interpretãdo per eas ecclesiam vocatam, subdit hæc verba. *Ea autem omnia defferuntur ecclesijs, vt in pauperum educationem distribuantur*, ex quo apparet ecclesiam mediam personam esse, per quam pauperibus acquiratur.

Supradicta autem, vt inspiciatur persona, in cuius vtilitatem fit dispositio, nõ illa, quæ expresse in dispositione vocatur procedunt, non solum quoad actionem personalem, verũ etiã quoad vendicationem, & sic quoad dominium, vt in. l. quoties. C. de don. quæ sub mod. cum multis, quæ trad. recentiores post Bart. l. qui Romæ. §. Flauius Hærmes de verbo. obligat. & in. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. Si ergo causa pauperum hæc bona ecclesiæ conferuntur, pauperibus dominium eorũ acquiretur. Sed ista opinio non potest esse vera ex pluribus rationibus. Primum, quia cum hæc bona non solũ sint destinata pauperibus, sed etiam in alios vsus, vt ministrorum ecclesiæ, non est cur magis sit hoc dominiũ apud pauperes, quàm apud dictos ministros: maximè quia prima causa ministrorum est, vt supra probauimus, & non obscure Diuus Clemens. libr. 2. constitut. Apostoli. cap. 29. dũ ita inquit, *cõuenit igitur, vt quemadmodum onus sustinetis ipsi, ita quoque fructuum primi participes sitis, vt egentibus partem suppeditetis, vt qui rationem reddituri estis ei, qui falsas rationes nõ est acceptu-
rus.* Ergo si pauperibus præferuntur in vsu, quare non præferantur in dominio? nec potest dici, quod etiam ministri, pauperum numero sint habendi, cum diuites, ministri, non debeant bonis ecclesiasticis ali, vt. 1. q. 2. c. clericos, vbi inquit Hieronymus. *Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragãtur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustẽtari possunt, si quod est pauperum accipiunt, sacrilegiũ pro-*

fecto committunt, & per abuſionem talem iudi cium ſibi manducant, & bibunt. & eleganter Proſper. in cap. ſequen. incipien. Paſtor, & in cap. ſi quis propter, & in. c. Sacerdos, idē Proſper in cap. illi autē. 12. q. 1. & Augu. in cap. ſi. eadem cauſa, & quæſtione, & ex. canonibus Apoſtolorū in cap. ex his. eadem cauſa, & quæſt. quia illa decreta procedūt ante factā diuiſionem, vel etiam poſt diuiſionem, quando in communi ſub regula vi ueuant clerici, quo tempore adeo non lice bat poſsidere bona tēporalia, & viuere de bonis eccleſiæ, vt diceret Auguſt. in cano. certe. 12. q. 1. *qui volūt habere aliquid propriū, quibus nō ſufficit Deus, & eccleſia eius, maneāt vbi volunt, & vbi poſſunt, non eis aufero clericatum, nolo habere Hyppocritas.* de his etiam loquitur Hieronymus in capit. Clericus, & in cap. duo ſunt genera. 12. q. 1. & in cap. quoniā. 16. q. 1. ex quo apparet clericos eo tempore fuiſſe regulares, & vixiſſe in cómu ni, ſed clerici, qui nó ſunt regulares, & quibus portio ſua eſt aſsignata, vt hodie factū eſſe reperitur erectis bñficijs, poſſunt etiā ſi diuites ex patrimonialibus bonis ſint, vi-
18 uere de fructibus ſuorum beneficiorum etiam retenta opinione illorum, qui tenēt, quod clerici teneantur ſub peccati, & reſti tutionis vinculo, quod ſupereſt à ſua con grua ſubſtentatione in pauperes, vel pias cauſas elargiri, vt poſt Innocē. tenet Abb. & alij in. c. Epiſcopus de præben. & ſequi- 20
tur dominus Martinus Nauarrus in dicto ſuo tract. de Redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum. q. 1. nu. 78. & Reuerendiſſ. epiſcopus Segobien. Iuris pontificij conſultorum noſtræ Hiſpaniæ facilè princeps in ſuis eruditiſsimis Commentarijs, extra de teſtamen. in cap. primo, nu. 2. & in cap. cum in officijs etiam in num. 2. verſ. 3. & R. Frater Dominicus de Soto. de Iuſti. & Iur. lib. 10. q. 4. ar. 2. Cū ergo clerici, etiā nó pau peres poſsint ſine peccato de fructibus Eccleſiaſticis ſuſtentari, nó poteſt dici, ad ſo-
19 los pauperes dominiū rerū Eccleſiaſticarū pertinere. Præterea cū pauperes incerti nó conſtituāt vniuerſitatē, nec Collegium, vt ſentit Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. non poteſt eſſe dominiū apud eos tāquam vniuerſos, quod efficere ſolet, vt dominium ſemper ſit apud eādem vniuerſitatem, vel collegium, vt eſt elegantiſsima. l. proponebatur. ff. de Iudicijs, in qua inquit Alphenus. *Nā & legionem eādem haberi, ex qua multi deceſſiſſent, quorū in locū alij ſubiecti eſſent, & populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret, itēq; nauem, ſi adeo refecta eſſet, vt nulla tabula eadē permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem eſſe exiſtimaui, quod ſi quis putaret partibus cōmutatis aliam rem fieri, fore, vt ex eius ratione nos ipſi nō idē eſſemus, qui ab hinc anno fuiſſemus: propterea quòd, vt philoſophi dicerēt, ex quibus particulis minimis conſiſteremus, eadē quotidie ex noſtro corpore decederent, aliāq; extrinſecus in earum locum accederent &c.* Apud ſingulos autem pauperes dominiū eſſe nó poteſt, quia nec in varias perſonas, & incertas dominiū, nec per varias, & incertas res eſt ambulatorium, vt in. l. apud Auſidium in fi. ff. de optio. legat. verſi. quin etiam, & per recent. in. l. 1. de legat. 1. vbi Ripa. num. 53. 54. 55. & in ſpecie noſtra eſt text. in. l. ſi quis ad declinādam. C. de epiſco. & cleric. & in. l. nulli, maxime, quia paupertatis qua litas non eſt certa lege diffinita, vt qui vere ſint pauperes dicere poſsimus, & ita potes reſpondere ad text. in. §. Et vnū hominem Inſtitu. de hæred. inſtitu. maximè, quia id, quod text. dicit in infinitum, non eo pertinet, vt infinitum quicquam admittatur, quod legibus reprobatū eſt, & natura ipſa repugnat, ſed vt intelligatur non eſſe præfinitum numerum eorum, qui poſſunt hæredes inſtitui, & ita ceſſabunt, quæ ibi gloſſ. ponit, & quod peius Angel. licet id valde commendet ibi in fin. contra notiſsima Iuris principia, quæ ponit Dinus in regu. qui prior eſt tempore de regul. Iur. libro. 6. Quod ſæpiſsime ei contingit. nec etiam ſupradictis obſtant ſanctorum patrum decreta ſupra allegata, quæ bona clericorū, & eccleſiæ pauperum eſſe, toties inculcāt, & nobis

Cōtra Angel. Areti.

& nobis ante oculos repræſentāt, adeo vt in prouerbium iam hoc abierit, vt inquit, F. Dominic. de Soto. vbi ſupra. q. 4. artic. 2. in princip. vel ſi verius dicere volumus, procul verbum hoc à nobis abierit. Nam non dominium, de quo quæſtio eſt, ſignifi cant, quia hæ authoritates, quæ bona eccle ſiæ, & clericorum bona pauperum appellant, prius ea eccleſiæ, & clericorū vocant, nec potes dicere eſſe clericorum quoad ad miniſtrationem, vel poſſeſsionem, pauperum autem quoad dominiū. Nam omiſſa vi illorum verborum eccleſiæ, & clericorum, quæ dominium ſolent ſignificare, vt in. l. 2. ff. de relig. & ſumpt. funerū. non eſt, cur magis domini ſint pauperes, quàm prędicti, qui ex his bonis etiam ſuſtentari debent, ideo autem pauperum maior habetur ratio, & crebrius fit mentio, quia videbant, & præuidebant Sancti, eſſe pauperes neglectos, & negligendos magis in futurum, charitate refrigeſcēte. Eccleſiarum autem, & ipſorum clericorum non ita de futuros, qui curam gererent, quòd ij in ſuis rebus adeò diligentes admonitione nó indigeant. Eccleſiarum autem indemnitati clericos ipſos, vel ex auaritia, ne laicos ab eleemoſynis, & oblationibus, & donarijs auertant, vel quod in eis continuo verſari debeant, facilè proſpecturos, Ideo ſæpe abundantiam, & curioſitatem legimus exprobratam, vt in cap. aurum habet Eccleſia, & in cap. gloria Epiſcopi. 12. quæſt. 2. vbi maxime in hoc vrget diuus Hieronymus. at nunquam legimus largitiones, vt nimias in pauperes non laudatas, ſed aſsidue commēdatas, vt in cap. ſi quis. 42. diſt. & pauperes ſemper, vt dominos rebus noſtris ſuperimpoſitos, vt eorum non obliuiſcamur, non autem hæc Sancti Patres adeo repetunt, quod exiſtiment dominiū harum rerū apud pauperes eſſe, item quia, vt hæc optimè proſequitur, & explicat Frater Dominic. de Soto. in dict. quæſt. 4. art. 3. colu. penult. ad primum, eſt quædam Sanctorum Patrum Hyperbole, vt auaritiam contra liberalitatem, & miſericordiam magis exprobrent: quæ verba nó importare dominium ex eo apparet, quia dicti ſanctiſsimi Patres etiam bona laicorum vltra ſibi neceſſaria pauperum eſſe dicunt, vt ex diuo Ambroſio in cap. ſicut hi. 47. diſtin. & ex alijs locis per. F. Dominic. de Soto. & quæ infra in. 4. parte, cap. 5. adducemus probatur, & ita etiam ex his reſpondetur ad ea, quæ dicta ſunt per. l. cum dotem. ad legem Falcidiam. quia non eſt verum pauperum tantum contemplatione & cauſa, dicta bona eccleſijs conferri, vt dictum eſt.

Nouellæ autem Iuſtiniani eandem interpretationem reciperent, ſi & ille liber authoritatem haberet, non enim eo conſenſu, & approbatione cóſtitutiones illæ ſunt recæptæ, nec in compilatione, quàm Iuſtiniani voluntate eſt facta, ſunt comprehenſæ, licet ad antiquitatis cognitionem magni ſint æſtimādæ. Præterea authoritas Iuſtiniani in hac re parū promouere poteſt, etiam ſi eandem illis conſtitutionibus, quā C. quem habemus, & maiores noſtri ſunt interpretati, concederemus: quia in his rebus, quod ſacri canones, non quod Principes ſeculi etiam pijſſimi ſtatuant, eſt obſeruandū, vt per docto. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtitutio. Fortu. de vltim. fin. illatio. 14. nu. 227. cum ſequen. In re tamen obſcura, & ambigua ſcire, qualiter vulgo illis temporibus acciperetur, nó eſſet res negligenda, ſed hæc ſacris Canonibus adeo tractata ſunt, vt nullius exteri auxiliū ſit perquirendum. & hæc quantum ad opi. poſitū in glo. circa dominiū rerū eccleſ. ſecū da
21 opi. recitatur ibidem per gloſſ. vbi ait, poteſt dici, quòd Eccleſia ſit domina. 16. q. 3. cap. inter memoratos. ſicut hæreditas eſt dña, vt. ff. de acquirē. rer. domin. in. l. hæreditas: hæc autem opi. in duas ſcinditur opiniones. Nam alij dominiū rerum omnium eccleſiarū eſſe Eccleſiæ vniuerſalis, alij vero illius ſolius Eccleſię, cui ſunt ſpecialiter applicatæ, alij vero, apud eccleſiam materialem, ſeu lapideam, prout muris compræhenditur, dominiū eſſe volū t, quod gloſę

ſupra-

ſupradictæ contrarium eſt,cum,ſicut hæreditas habet dominiũ,quæ etiam ſine nullo corpore iuris intellectũ habet.ff.de pet. hæredit.l.hæreditas,&.ff.de bono.poſſ.l. 3.in.§.hæreditas,ita habeat dominium eccleſia,vt dicta gloſ.vult,& licet aliàs dicatur rei etiam materiali,& inanimatæ ſeruitutem deberi.ff. de negot. geſt. in.l.qui in aliena.§.fin. ibi *ſententia prædio datur*,not. Bart.in diffinitiõe ſeruitutis realis,quã ponit in.l.1.ff.de ſeruitutibus,& probatur in l.2.§.1.ibi *fundo debeatur*.ff. ſi ſerui vendic. Tex.notabilis in.l.ſed &loci.§.ſi alter fundus.ff.fini.regund.ibi. *quoniam magis fundo, quàm perſonis adiudicari fines, vel partes intelliguntur*, non tamen receptũ eſt,vt quod de ſeruitute dicitur,de dominio dici poſsit. maxime quia nec ſeruitus adeo res fundi dici poteſt,vt remota ab omni perſona ius illius ſeruitutis reperiatur:cum ex perſona domini prædiorum, vel extinguatur,vel ſubſtineatur,vt in.l.tria prædia.ff. de ſeruitu.ruſtic.prædio.facit etiam,quæ notat. Bart.in.l.ſi prius,col.8.num. 13.ff.de nou. oper.nuncia.& quæ ibi Iaſ.nume.11. Ideo hæc intelligentia, quòd dominium ſit Eccleſiæ materialis,ab omnibus exploſa eſt. Prior autem intelligẽtia,quòd dominium ſit apud eccleſiam vniuerſalem, dominiũ (inquam)rerum omnium eccleſiarum particularium,non autem apud eccleſias particulares,non eſt vera,vt ex ijs,quæ dicẽtur in ſequenti opinione apparebit:quia poteſtas ſeu dominiũ, quod eſt in vniuerſo nõ impedit,nec comprehendit dominium ſingulorum.Imperator enim,qui dicitur dominus orbis ſibi ſubiecti,vt in.l. deprecatio.ff.ad le.rod.de iact.& notatur in.l.prima.C.de ſumma Trinitate,non eſt Dominus particularium rerum ſuorum ſubditorum,nec in locis liberis Reſpublica, quæ hoc dominium tenet,eſt domina rerũ ſingularium ſibi ſubiectorum, vt patet: ideo alio modo intelligitur dicta opinio, ſcilicet,quod eccleſiæ particulares habeãt dominium,facit text.in cap.Põtifices.12.q.3. quod patet,quia vna eccleſia prę ſcribit cõ tra aliam, vt in cap. illud.de præſcriptio. per Ioan.Fabr.in dicto.§.nullius.item vna eccleſia eſt ſubiecta alij, & inter eas datur ſeruitus realis,quod non eſſet, niſi daretur dominiũ in particulari,vt in dict.l.tria prę dia.ff.de ſeruitu.Ruſtic.prædio. & hęc eſt opinio in gloſ. poſita quæ an ſit vera, vel non,infra declarabimus.

22 Tertia opinio eſt, quòd dominiũ horũ eccleſiaſticorum bonorũ, ſit Chriſti, quæ opinio videtur magis cõis : quia licet oñia Dei ſint:quia *Domini eſt terra &c.* tamẽ hęc magis ſpecialiter videntur ad Deũ pertinere,vt dicit Abb.in.d.c. cũ eſſes.qui allegat tex.in.c.cũ ex eo de electio.lib.6.ibi. *Patrimonio Chriſti.*&in c.quę Chriſti,& in c.qui abſtulerit.12.q.2.tamẽ mihi videtur, quod hæc opinio non ſatis explicet id dominiũ, de quo quærimus. nam ſi volumus quòd dominium ſit apud Deum:quia *Domini eſt terra & plenitudo eius*, hoc dominiũ Dei nõ aduerſatur dominio directo, nec vtili,iure gentium,& legibus humanis introducto, imò ideo Domini ſumus,quia Deus dominus eſt,& eius largitate hæc habemus,vt in c.Saluator.1.q.3.ibi *Dei dona,quæ à Deo fidelibus,& à fidelibus Deo donãtur*,& in.c.cõuenior.23.q.8.& licet hęc præcipuè ſint Dei, cũ ei ſint oblata,tamẽ nec hoc impedit dominiũ harum rerum,quia Chriſtus,qui caput eſt Eccleſiæ,concedit hæc mẽbris ſuis, & ita redimus ad dictã opinionem,an ſint Eccleſiæ vniuerſalis, vel particularis.Item quia quæ proprie Dei ſunt extra commercium ſunt, vt res ſacræ, & religioſæ, ſed res Eccleſiæ nonſacræ in commercio noſtro,& vendibilia ſunt, & ideo iſtud dominium Dei vel Chriſti non impedit ſpeciale dominium.

Alia eſt opinio,quòd ſit apud clericos, vt res vniuerſitatis ſunt ciuium, nõ tamen ſunt ſingulorum, ita dicta gloſſ. in dicto cap.expedit,ſed hæc opinio non eſt vera, nam res aſsignatæ clerico pro ſuo beneficio,& epiſcopi menſæ, non poſſunt eſſe iſtius naturæ. Quia pleniori modo clerici vtũtur his rebus,quã ciues rebus ciuitatis, ideo

ideo in hoc noſtrã ponemus opinionẽ, ad cuius explicationẽ multa ex his, quæ infra dicẽtur,deſeruiũt.Ideo non eſt hic oportunus locus,vt explicetur.Alij dicunt, quòd dominiũ rerũ eccleſiaſticarũ ſit apud ſummum Pontificẽ,ſed hãc opinionẽ reprobat Cardinalis Turrecrem.& bene,quia nõ eſt dñs,ſed diſpẽſator ſecũdum S.Thom.2.2. q.100.art.1.ad ſeptimum,facit tex.in.c. nõ liceat Papæ.12.q.2.ſed veriùs eſt harũ rerũ dominiũ in his,quæ nõ ſunt alicui perſonæ applicata,eſſe apud eccleſiã particularẽ(vt infra dicemus)fructibus ad eoſdẽ vſus,quibus res ipſæ tẽpore Apoſtolorũ ſeruiebãt, deſtinatis,ad pauperes ſcilicet,&miniſtros eccleſiæ alendos,& ipſarũ eccleſiarũ, & diuini cultus cõſeruationẽ,& alia opera charitatis,res autẽ ipſæ, immobiles præcipuè, adeò diligenter debent cuſtodiri,vt hoc ſit valde epiſcopis cõmendatũ, vt per tot.tit. 12.q.1.&.2.& ſpecialiter prouiſum,vt perpetuò conſeruentur,ideo alienatio earum eſt interdicta vt in cap.ſequẽti diſſeremus.

¶ *Summarium ex Cap. II.*

1 *Alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſolennitate eſt nulla,etiã ſi vtilis ſit Eccleſiæ,& ponitur ratio.*
2 *Quomodo Eccleſia ſuũ præſtet conſenſum.*
3 *Quando lex ciuilis non approbãs obligationem naturalem opponat ſe Iuri naturali.*
4 *Poſſidens rem ex cõtractu nullo minoris, tenetur ad reſtitutionem in conſcientia.*
5 *Quando minor donare poſſit.*
6 *Quando contrahens cum minore ſine ſolennitate poſſit in conſcientia nõ reſtituere.*
7 *Donec rectitutio in integrum petatur tutus eſt in conſcientia contrahens cum minore, ſi cõtractus à principio valuit.*
8 *De intellectu legis cũ hi.§.eã tranſactionẽ.*
9 *Iuriſconſulti legem de nouo ſtatuendi non habebant poteſtatem.*
10 *Eiuſdem rationis eſt minor, & eccleſia in contractibus ſuis,contra Felinum.*
11 *Non tenet contractus minoris,etiam ſi fiat locupletior.*
12 *Cõſequẽs,eſt minor tenetur quatenus fact⁹. eſt locupletior, ergo nõ tenuit contractus.*
13 *Reſolutio circa textũ in.§.eã tranſactionẽ. & l.nõ ideo minus,& eorũ intellectus.*
14 *Donatio facta a minore ſine curatore, an valeat.*
15 *Minor poteſt authoritate curatoris, vel tutoris donare, ſed nõ tutor, vel curator ſol⁹.*
16 *Intellectus.l.non ideo minus de procuratoribus.C.*
17 *De.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo.ff.de actionib.empt.& vend.*
18 *Quando poſſit claudicare contractus fauore minoris, vel Eccleſiæ & num.ſeq.*
19 *Obligatio paßiua non eſt poteſtatiua.*
20 *De intellectu extrauagantis Pauli. II.*
21 *De decreto irritante quod non habet vires, niſi parte volente.*
22 *Iterum de intellectu.§.ſi quis à pupillo.l. Iulianus ſupra alleg.*
23 *§.Si quis à pupillo nõ habet locum in Eccleſia, quia ſtatim agi poteſt.*
24 *Eccleſia poteſt prouocare ad diuiſionem, licet minor non poſſit.*

CAPVT. II.

In quo tractatur, quæ ſint neceſſaria ad rerũ eccleſiaſticarum alienationem.

IN precedẽti capitulo naturam rerum eccleſiaſticarũ, & apud quem ſit earũ dominiũ oſtẽdimus, & qua ratione, & quibus vſibus dicta bona debeant cõſeruari. Nũc quando poſsint alienari videamus. In hoc notiſsimum eſt, quòd bona eccleſiaſtica alienari non poſſunt,niſi ex cauſa neceſſaria,vel vtili,& cum ſolennitate à Canonibus ordinata,vt in cap.ſine exceptione,12. q.2. & in cap.nulli. de rebus eccleſ. auth. hoc ius porrectum.C. de ſacroſanc.eccleſ. neceſſariã autem cauſam præſeruando effectum eſt,vt apoſtolici Canones non violẽtur. Si enim pauperum neceſsitas vrgeat, cui ex fructibus nõ poſsit ſufficienter prouideri,nõ tanti bona Eccleſia habet, vt eos

pati

pati permittat vt in.c.aurũ habet Ecclesia, in.c.gloria Episcopi in.c. Apostolicos, in c.Sacrorũ,& cap.Sicut omnino.12.q.2. vti litatis etiã causa excipitur, vt auctis Ecclesiæ rebus melius pauperibus prouideri possit,& alijs rebus necessarijs,& ita sancta,& Catholica Ecclesia ab Apostolorũ via non recessit, sed diligenter eorũ mẽtem, & exẽpla sequendo, & pauperibus, sicut & ipsi prospiciẽdo, quæ vsu,& experientia cõuenire vidit sanctissime ordinauit,& vt ministrorum vel negligentiæ, vel malitiæ occurrere posset (futuros enim tales aliquos sentiebat)& causam alienationis,& solẽnitates determinauit, vt fraudibus occurreretur, nec causa sola sufficeret, nisi quis causæ huius cognitor, & approbator diligens adhiberetur, nec ille solus sine causa, quia non poterit dici talis, nisi gestionis suæ rationem legitimam ostendat, ne, vt sibi libuerit, sed vt debet in alienis his rebus
1 versari possit. Non ergo sufficit, vt alienatio rei Ecclesiasticæ vtilis Ecclesiæ sit, nisi cum solennitate,& interuentu eorum, qui bus à Iure hæc res commissa est, alienatio fiat: quòd si non interueniat, actus nullus cẽsetur. vt contra glos. in.l.cum hi.§. eam transactionem, verbo alimentarius.ff. de transactio, tenuit Bart.& Alber.nu.2. Bal. Angel. Fulgos.& Doct.cõmuniter secũdũ Ias. ibidem nu.2. de quo latè per Tiraquel. post.ll.cõnubiales in glos.6.nu.56. cũ seq. & Pinellus elegãter in repet.l.1.C. de bon. mater.3, part.num.31. cum sequenti, non tamen desunt, qui contrariam sententiam teneant, vt patet ibidem,& per Tiraq. in dicto loco num.62. sed dubium non est, opinionem contra gloss. esse veriorem, vt ex sola vtilitate contractus non subsistat. Nã (vt bene aduertit Pinellus in loco superius allegato) in alienationibus rerum minorũ requiritur appositio decreti, quod decretum tunc demum debet interponi, si contract⁹ vtilis sit minori, vt in.l. magis puto. ff. de reb.eorum, per totam.l.& sic requiritur vtilitas, quæ si inueniatur, interponitur solennitas, sic in Ecclesia, vt in dicto cap. sine exceptione, apparet igitur, quòd primum solum nõ sufficit, scilicet vtilitas, alioquin frustrà requireretur secundum, quod est solennitas,& ita decretum,& solennitas frustra desiderãtur, si vtilitas sola sufficeret.& hoc manifesta ratione ostẽditur, nã aliàs sequeretur, quod Ecclesia inuita posset compelli vendere vbicunq; vti lis cõditio sibi, vel melior res, vel pretium magnum offerretur: hoc tamen nullus admittit, quia si priuatus emere, vel vendere non compellitur. C. de cõtrahen. emptio. in.l.inuitum. Quare Ecclesia esset cõpellẽda? nec enim cogi quis potest mutare dominiũ, vel obligationem etiã in melius, in l.si mãdato in eo, in.§.1.vers.at si nolit.ff. mandati, cum his, quæ ibi notat Alberic. tradit Ias. in.l. debitorum pactionibus. C. de pactis, nume.5.& in.l.2. colu.1.ff. solut. matr. post Bart. ibi nu.12.&.13. Philip. Decius in.l. plus cautionis.ff. de regul.iur. est optimus tex. in.l. quia poterat.ff. ad Senatusconsult. Trebell. text. in.l.fi.ff. de vsu. & habitat. bonus text. in.l. vsufructuarius
2 1.&.2.ff. de vsufruct. Tiraquel. in præfatione ad tracta. de retract. nu.25. refert plures Doctores: quod in specie proposita cõtingeret, si cõtractui facto sine solẽnitate ob solam vtilitatem Ecclesia stare cogeretur: quia cum Ecclesia sit persona mystica, non potest præstare consensum, nisi mediante actu,& voluntate eorũ, quibus hoc explicare à lege est commissum,& eo modo, & forma, quibus eis cõceditur. quòd si aliter fiat sine consensu sufficienti Ecclesia obligaretur: quod nimis absurdum esset. idque etiam in contractibus minorum contingit. nam licet in eis detur cõsensus, vt in.l. 1.in fi.ff. de nouatio. non tamen talis est, vt legibus approbatus sit, vt in.l. obligari.ff.
3 de actio.& obligatio. quæ leges non se opponũt naturali obligationi, cum etiam naturali iure cõsensus ille minoris debilis sit, & imperfectus: vt in.l.1.ff. de minori. vbi Vlpian. inquit *fragile esse, & infirmũ huiusmodi ætatis consilium*. Ideo nec omnes effectus naturales producit, secus est in obligatione

tione naturali perfecta, licèt ei ex causa se opponat ius ciuile nolens ei suas vires conferre, vt in pacto nudo, in testamento duobus testibus celebrato, in quarta Falcidia, vel Trebellianica contingit, in quibus, cũ perfecta sit naturaliter obligatio, à iure ciuili eius effectus naturalis non impeditur, licet suas ciuiles vires lex ei nolit conferre. sic videmus, quòd si obligatus pacto nudo soluat, non repetit, vt in.l. iuris gentium. §. sed cum nuda.ff. de pactis; vel si hæres non detracta falcidia, vel Trebellianica soluat, nisi in facto erret, vt.C. ad.l. falcidiã.l.error, per Docto. in.l.cum quis. C. de iur.& fact. ignor. at si minor soluat etiã sciens id, quod ita promiserat, repetit, vt in.l. quod pupillus.ff. de cõdictio. indebit. quia non solum Iure Ciuili eius obligatio non fouetur, verũ & naturaliter est imperfecta vt in d.l. quod pupillus. quę ita debet intelligi contra glo.& doct. ibidem,& hoc casu iuri naturali nõ se opponit lex ciuilis, imo adiuuando ius naturale procedit.

4 Ex his manifestè apparet optimè loquutum Innocen. licet sit corruptus, in c. quia pleriq;, de immunita. Ecclesiarum col. penul. qui vult quòd si quis possideat rem ex donatione minoris, vel ex alio contractu, qui non teneat ipso iure, vt si in alienatione defuerit authoritas tutoris, vel decretũ Præsidis, restituere tenetur, quia (vt supra diximus) iste possidet sine domini legitima voluntate rem alienam, ergo restituere tenetur. quod verissimum est,& licet Antonius ibidem col. penul.& Abb. sequens eũ nu.28. cum sequen. vsq; ad nu.31. reprobẽt Innocentium, tamen (pace eorum dictum sit) ipsi loquuntur extra terminos Innocẽtij,& opinio eorum, quam ipsi nõ satis defendunt, non refragatur Innocẽ. opinioni. Antonius. n. ponit quæstionem de emente ab Ecclesia, vel pupillo sine solennitatibus legitimis, cũ vero tamen pretio,& causa legitima subsistẽte, an teneat rem ita cõparatam cum bona conscientia, quia (vt dicit) adest lex naturæ,& repugnat lex positiua, postea subdit, Innocen. dicit, quòd restituere tenetur, credo cõtrarium, lex enim „ positiua sic iudicat, vt non certa de veritate,& quia sic præsumitur: ideo veritate stã „ te causæ vere legitimæ, hic enim cum bona conscientia tenere est iudicandum (hæc sunt verba Antonij) licet sint imperfecta. Sed ego non video quod Innocen. tenuerit contrarium, cum in altero membro loquatur de donatione minoris, in qua non cadit iustum pretium, quo compensetur, nec iusta causa, cum affectione fieri donatio simplex soleat: in altero vero mẽbro, in quo non loquitur de donatione, nõ additur causa legitima subsistente, nec fuit eius mens, vt in.l.1.ff. de reb.dub. Ideo doctrina Innoc. est verissima.

Cõtra Anto. et Abb. defenditur Innocen.

Denique in terminis Innocentij verum erit, eum, qui rem donatam à minore possidet, vel venditam, etiam si eum non induxerit, nec fraudem aliquam adhibuerit, imò etsi importunitate minoris cõtraxerit, non esse securum in conscientia, sed ad restitutionem teneri, idemque si ex ludo ab eo lucratus fuerit,& hoc est ex mente omnium, licèt aliquãdo securus sit, si ex quantitate pecuniæ, diuitijs,& nobilitate
5 id facere possit: nec intelligas hæc de minima adeò quantitate, quæ a peccato furti excusaret, sed de maiori etiam, in qua furtum mortale committeretur, exempli gratia. Si quis vel à ditissimo decẽ aureos furetur, mortaliter peccat,& ad restitutionem tenetur. Sed si ab eodem minori quis viginti aureos per donationem accipiat, vel in ludo ab eo lucretur, nec ad restitutionem tenetur, nec peccat, etiamsi Theologi aliquanto scrupulosius in hoc loquantur. Idemq; in filio familias: vel vxore quibus dilues pater, vel maritus in aliméta soleant notabilem quantitatem concedere, donationes enim à talibus factæ, quæ non sint magnæ quantitatis, maximè si sunt tales, quæ nec patrem, vel maritum amplius grauent, poterunt sustineri, vt probatur. ff. de donat. in.l, si filius familias, vbi quærendo, an filius familias rem peculiarem donare possit, inquit eleganter Vlpianus. *Nonnun-*

quam

quam etiam ex perſona poterit hoc colligi, ponendo eum filium eſſe Senatoris, vel cuiuſuis alterius dignitatis, quare non dicas videri patrem (niſi ei ſpecialiter donandi facultatem ademerit) hoc quoque conceſsiſſe, dum liberam dat peculij adminiſtrationem: quod maximè pro filijsfamilias ſcholaribus eſt notãdũ, & ad intelligentiam doctrinæ S. Thomæ. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad. 2. & Turrecrem. in cap. Epiſcopus. 35. diſt. ad. 3. nu. 6. & .7. facit tex. cum ibi nota. in. l. cũ filiusfamilias viaticum. ff. ſi cert. peta. & in. l. ſi longius, ff. de iudic. gloſ. clement. 2. in verb. conuertendum de vit. & honeſt. cleric. Anan. num. 4. in cap. ſi quis propter. extra de furtis Abb. in. c. 2. de decimis num. 3. & gloſ. in. c. non dicatis. 12. q. 1. Felin. in. c. ex parte de accuſation. num. 3. „ & eſt de mente S. Thomæ dicta. quæſt. 32. „ art. 8. in fine, ibi. Niſi fortè alicuius rei eſſet ſibi à patre diſpẽſatio commiſſa. & eſt text. ſingularis in. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtra. tuto. cuius verba, & aliarum legum, quæ facere videbuntur, nunquam omittemus: qui à iuris noſtri prudentia ex textibus, & Doctorum aliquorum ſcriptis ſolum addiſci poteſt recẽtioribus ad reperiorij vſum reſeruatis. Inquit igitur ibi Paulus Iuriſconſultus. *Cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli præponatur, in primis mercedes præceptoribus non quantas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium conſtituet, & alimenta ſeruis, libertiſq; nonnũquam exteris (ſi hoc pupillo expediet) præſtabit, ſolẽnia munera parẽtibus, cognatisque mittet: ſed non dabit dotem ſorori pupilli alio patre natæ, etiam ſi aliter ea nubere nõ poſsit: Nã etſi honeſte, ex liberalitate tamen fit quæ ſeruanda arbitrio pupilli eſt.* Ex quo text. probatur, nõ ſemper minori donationem interdictam, de quo plures allegat Tiraquel. in tract. de nobilitate cap. 37. num. 35. & Arias Pinell. in repet. l. 1. C. de bon. mate. 3. part. nume. 56. cum ſequen. Ex his doctrina Innocẽ. quæ veriſsima eſt, debet interpretari.

Videamus nũc an doctrina Antonij de Butr. & Abb. defendi poſsit, qui volunt ementem à minore, vel Eccleſia ſecurum eſſe in conſciẽtia, ſi in eo contractu ſola deficiat ſolennitas, non pretium iuſtum deficiat, & dolus malus abſit: Nam cum (vt ſupra probauimus) deficiat conſenſus, qui rem alienam ſine domini voluntate poſsidet ad reſtitutionem teneatur neceſſe eſt. Item quomodo dolus malus ab eſſe poteſt in eo, qui contra legum interdicta mercatur, vt dicit gloſ. in. l. 1. in verb. mala fide. C. de fide inſtrument. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. & text. in. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. & in regul. iuris qui contra iura mercatur vbi concordan. per Dinum.

Sed ego puto opinionẽ Antonij, & Ab- 6
batis veram eſſe, non ex rationibus ipſorũ, ſed ex his, quæ nos adducemus, ſcilicet, quia etiam ſi contractus non valeret, non tamen poſſeſſor reſtituere rem tenetur, niſi à minore, vel Eccleſia pretiũ reſtituatur quatenus ſint locupletiores effecti, vt probatur. C. de reputat. quę ſi. in iudi. & paulo inferius dicemus. non ergo tenebitur in cõſcientia, donec pecunia ſua ei reſtituatur, ſcilicet ſi minor locupletior effect⁹ ſit tex. notabilis in. l. fina. C. de vſucapio. pro emptore cum concordan. ibi poſitis in gloſſ. quia licet compenſatio nõ ſoleat de ſpecie ad quantitatem admiti, tamen ego crederem in foro conſcientiæ, quo ſubtilitates non attenduntur, poſſe quem retinere id, quòd poſsidet ſui aduerſarij ſiue id ſpecies ſit, ſiue quantitas, ſi is rem vel quantitatem ſimilis æſtimationis quam debet non reſtituat; & quia hæc de qua loquimur magis eſt retentio, quàm compenſatio, quæ per ll. conceditur. C. etiã ob chirogra. in. l. vni. maximè quando ex eadem cauſa deſcẽdit, vt. ff. de condictio. indeb. l. ſi non ſortem. §. ſi cẽtum verſ. ager tamen. cum ſua gloſ. tex. in. l. fi. cum ibi notata. C. commod. & ff. de neg. geſt. in. l. 2. & ff. de procurato. in l. quæ omnia. §. fin. vbi Bar. de quo Nicolaus Boer. deciſio. 15. Ideò reddito pretio quod à minore habuit omnino eires eſt reſtituẽda, ſi vero minor, vel Eccleſia nõ ſint effecti locupletiores, ſed pecuniam perdiderint

derint, tenebitur emptor rem gratis in foro exteriori, & cõſcientiæ reſtituere. & hoc
Cõtra Antonium & Abbat. caſu non erit vera opinio Antonij. & Abb. cum ſit falſa ratio Anto. quòd hoc caſu nõ ſit vera præſumptio, qua lex fundatur, illa ſcilicet, contractum à minore ſine ſolenni tate in eius damnum geſtum eſſe: quia cũ perdituro ſit data pecunia, non ſolum non ceſſat præſumptio, ſed veritas etiam efficitur. facit. ff. de minorib. in. l. ait prætor. §. non ſolum in fin. & imputet ſibi qui cum talibus lege prohibente cõtraxit, argum. l. 3. in. §. fina. & in. l. cùm mandato. ff. eod. tit. Non ergo dicta opinio Antonij. & Abbat. vera erit ſimpliciter, ſed ſi minor ſit effectus locupletior. Si enim non ſit locupletior factus, lex ciuilis, quæ etiam naturali innititur æquitati, omnino obligabit in cõſcientia, in qua ſpecie propriè loquitur Innocen. cũ de donatione loquatur, vel non abſimili contractu, vt ſupra dictum eſt. Quæ ſunt valde notanda, quia noſtri doctores non ſatis hæc interpretantur.

Hæc autem omnia vera ſunt & procedunt in contractu ipſo iure nullo, in validotamen, licet ſit talis, vt minor, vel eccle ſia poſsint aduerſus eum reſtitui, ſecurus
7 eſt contrahens cum eis, quouſque reſtitutionem petierint ſecũdũ Innocen. Anto. & Abbat. vbi ſupra, idem Abbas. in cap. 1. de in integr. reſtitu. pro quibus eſt tex. l. 4. ff. de fideicommiſſ. libertatib. §. ſi is qui, de quo plura optimè congerit (vt ſolet) Tiraquel. in tract. de vtroque retract. 1. parte. §. 32. in gloſ. vni. nu. 58. 59. & nu. 64. &. 65. contractus igitur à minore geſtus vel ab eccleſia ſine ſolẽnitatibus à legibus inductis nullus eſt, & in foro exteriori, & conſcientiæ, etiam ſi in eorum vtilitatem celebratus ſit, niſi iure retentionis, vt dictum eſt, poſsidens defendatur. Ex quibus apparet verum eſſe, quod dicit Feli. in. c. auditis, nu. 16. de præſcrip. quòd conſuetudo alienãdi rem Eccleſiaſticam ſine ſolennitatibus certo modo non extẽditur ad alium modum, etiam vtiliorem Eccleſiæ, allegat Barto. in auth. qui rẽ in fi. C. de Sacroſan. Eccleſ. qui nihil dicit de vtiliori, nec Baldus, quẽ allegat, in authẽ. ſi quas ruinas. C. eod. titu. nec Calder. alias authoritates non perquiſiui, quia non erat hæc res tanti momenti: credo eſſe eiuſdem notæ alia per eũ allegata.

Sed his omnibus (vt ad Bart. & gloſ. di-
8 ctæ legis cum ij. §. eã tranſactionem, tandem reuertamur) obſtare videtur duo tex. quibus male doctores reſpondent, alter in dicto. §. eam tranſactionem, alter in dicta. l. non ideo minus. C. de procurato. In vtroque enim, actus ſine ſolẽnitate factus valet, ſi ſit vtilis ei, cuius gratia ſolẽnitas eſt introducta. poſtquã enim Vlpian. in princ. dictæ. l. cũ hi ita dixiſſet. *Diuus Marcus oratione in Senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum tranſactio rata eſſet, quàm authore prætore facta,* in dicto. §. eam tranſactionẽ ſubiungit. *Eã tranſactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræſentatã pecuniam cõſumat. Quid ergo ſi quis citra Prætoris authoritatem tranſegerit, vt quod per ſingulos annos ei relictum erat, mox conſequeretur per ſingulos dies? quid deinde, ſi ita quod cõſumato anno acciperet, vt initio anni conſequeretur, & puto eã tranſactionem valere, quia meliorem conditionem ſuã tali trãſactione alimentarius, facit noluit enim oratio alimenta per tranſactionem intercipi.* ecce text. vbi trãſactio ſuper alimentis, quæ per orationem diui Marci decretum requirit, valet ſine decreto, ſi melioris conditionis per eam alimentarius efficiatur. omiſsio igitur ſolennitatis nihil impedit, ſi actus vtilis ſit illi, cuius bono ſolẽnitas eſt inducta, quare ergo non idem in minore, & eccleſia dicetur? Doctores aliqui illi text. reſpondent: ſed melius facit Iaſon, qui hoc alijs cogitandum reliquit. Pau. de Caſt. voluit quod id in ea ſpecie obſeruandum ſit, quia ibidem expreſſum eſt per legẽ ſed ob hoc iure repræhenditur à Tiraq̃l. in dicta gloſ. 6. ſupra allegata poſt leges connubia. quia tex. ibidem procedit interpretando orationem diui Marci, non ſtatuendo. quare igitur lex, quæ requirit in alienatione rei minoris decretum, & in alienatione rei Eccleſiaſticæ tractatus,

& alias ſolennitates, eandem interpretatio
nem non recipiet? vt valeat ſine eis con-
tractus, ſi vtilis ſit Eccleſiæ, vel minori.
Item Paulus de Caſtr. qui vult ibi non eſ-
ſe interpretationem, ſed nouam legem, er-
rat in quodam notiſsimo iuris principio,
in quo ſæpiſsimè alij etiam doctores erra
9 re ſolent, qui præſupponunt Vlpiani, &
aliorum Iuriſconſultorum eam fuiſſe au-
thoritatem, vt leges tollere poſſent, cum
tamen interpretandi tantum, nó corrigen-
di, vel emendandi, ſeu mutandi fuerit eis
conceſſa authoritas, vt in. §. reſponſa pru-
dentum inſtit. de iure. natural. gentium, &
ciuil. quod memini me legiſſe apud Ma-
rium Salomonium, qui in hoc doctorum
errorem optimè conſiderat in eodem. §.
reſponſa prudentum, quem interpretatur
in. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. quod
& nos alibi oſtendemus, ſi Deus nobis
otia aliquando fecerit, interim hoc oſten
det Vlpian. qui in. l. proſpexit. ff. qui,
& à quibus manu. liberi. non fiant, addu-
cens quandam legem in tractatu legis Iu-
liæ de adulterijs, quam iniquitatem conti-
nere dicit, non eam mutat, vel corrigit,
ſed ita inquit. *Quod quidem perquàm durum
eſt, ſed ita lex ſcriptá eſt.* Hæc verba ſubditi
legi, non ſuperioris ſunt, qui inique feciſſet
legem, quam iniquam fatetur non abro-
gando, ſi id facere potuiſſet, optimus tex-
tus in. l. 2. ff. de reb. eorum, vbi Iuriſconſul
tus non audet, maxima etiam æquitate exi
ſtente à lege recedere, ſed dicit *Imperiali be
neficio opus eſſe.* Facit etiam text, in. l. niſi ex
magna. ff, de minori. vbi inquit Paulus *niſi
ex magna cauſa hoc à principe fuerit conſecu-
tus*: & ita etiam ex magna cauſa non poteſt
Iuriſconſultus à lege recedere, ſed ad prin
cipem negotium reijcit, facit text. in. l. 2. in
fine. ff. ſi libert. inge. eſſe dicatur, facit. 4.
diſtinct. in capit. erit autem lex. in. §. ideo.
ſolutio ergo Paul. de Caſtr. ad dictum. §.
eam tranſactionem, & ex defectu intentio-
nis, & ex defectu poteſtatis Iuriſconſulti
Vlpiani falſa eſt.

Secundam ſolutionem ad dictum. §. eã
ex Ioanne Fabro in. §. & ne huius. inſtitu.
de eo cui libert. cauſa bon. addic. ponit Ti
raquell. in dicta gloſ. 6. quòd ille tex. pro
cedat vbi ſolennitas, vel forma eſt requi-
ſita à lege in fauorem priuatum, vt eo ca-
ſu actus valeat, etiam ſi ſolennitas, vel for
ma non obſeruetur, ſi vtilitas adſit eius, in
cuius fauorem ſolennitas eſt introducta,
ſed, vbi ſolennitas eſt inducta in fauorem
publicum, contra ſit: & ita procedant ſu-
pradicta in alienatione rei eccleſiæ, vel mi
noris: ſed hæc ſolutio non eſt bona, quia *Contrà Fabr.*
leges, quæ reſpiciunt aliméta, vel dotem,
publicam vtilitatem dicuntur reſpicere, li
cet priuatorum commodum ſecũdum va-
rias ſpecies contineant, & idem in mino-
rum priuilegijs dicendum eſt. Item ſicut
minor ſine decreto contrahere prohibe-
tur, ita & maior in alimentis ſine decreto
tranſigere: non ergo poteſt maior ratio cõ
ſiderari, maximè quia ſine vlla diſtinctio-
ne omiſsio formæ, vel ſolennitatis vitiare
ſolet, vt notat. per recentiores. ff. de liber.
& poſthu. in. l. 1. & in cap. cum dilecta. de
reſcript. etiam ſi actus eſſet fauorabilis, vt
dicit. Bal. in. l. teſtamẽtum. C. de teſtamen.
Deci. in cap. prudentiam. num. 4. de offic.
delegat. ideo dicta diſtinctio non placet.
Alia ſolutio colligitur ex dictis per Felin.
in capit. cauſam, nume. 8. de iudic. vt diſtin
guamus inter minorem, & eccleſiam, vt
ſolennitas ſit inducta pro forma, in alie-
nationibus rerum eccleſiaſticarum, & ita
ea non ſeruata, etiamſi adſit eccleſiæ vtili
tas actus ſit nullus, in minore, autem & ali
mentario, ſolennitas non ſit pro forma in-
ducta, ſed ſolum in meram vtilitatem, &
fauorem contrahere ſine ſolennitate pro-
hibiti, ideoque tunc omiſsio ſolennitatis,
non vitiat, ſi actus geratur vtiliter, vt in di-
cto. §. eam tranſactionem, & in. l. non eo
minus. C. de procuratori. vbi iudicium, in
quo minor non eſt legitimè defenſus va-
let, ſi pro eo ſententia feratur: ſed hæc di- *Contrà Felin.*
ſtinctio Felini magis ſono verborum, quã
re ipſa aliquid continet. quare enim de-
cretum in alienatione rei mionoris, vel in
tranſactio-

tranſactione à lege requiſitum, non ſit pro
10 forma, & in alienatione rei Eccleſiaſticæ
pro forma ſolennitas dicatur requiſita,
ego non video, & licet gloſſ. in. l. ſi fun-
dus. ff. de reb. eorum videatur conſtituere
differentiam inter minorem & Eccleſiam,
non tamen id ad propoſitam, de qua agi-
mus, quæſtionem, ſed eò pertinet, quod res
eccleſię immobiles poſſunt alienari ex dua
bus cauſis, vel ex euidenti vtilitate, quod
in rebus ſterilibus ſolet contingere, vel ex
cauſa neceſsitatis: ſed prædia minorum ſo-
lum ex neceſſaria cauſa poſſunt alienari,
quòd ob hoc ſolum prætor alienationem
permittit. vt in dicta. l. magis puto per tot.
l. &. C. de præ. minor. in. l. ob æs alienum:
non tamen facit differentiam, vt in altera
ſpecie decretum ſit pro forma, in altero nó
ſit. Ideo in quæſtione noſtra non eſt opus
quærere exemplum quoad minorem, quã
do alienat rem immobilem, ſed quando
contrahit, vt emendo, vel vendendo res
non immobiles ſine tutore, an ſuſtinea-
tur contractus ſine ſolennitate geſtus, ſi
vtilis ſit minori, in qua ſpecie autoritas tu
toris adeo formalis eſt, vt non ſufficiat ſu-
perueniens tutoris conſenſus, vt in. l. obli-
gari. §. tutor cum. l. 2. ff. de authori. tutor.
falſum igitur eſt, quod Felin. vult. quoad
minorem non eſſe ſolennitatem pro for-
ma, in Eccleſia vero eſſe pro forma. Ideo
ſi contractus Eccleſiæ etiam ei vtilis, ſi-
ne ſolennitate non tenet, idem in minore
erit ſtatuendum. & quanuis nonnulli te-
neant, quòd quãdo eſt ſibi vtile, poſsit mi-
ſe obligare ſine tutore, vt refert Tiraquel.
in dicta gloſſ. 6. nume. 65. &. 66. per. l. ne-
que. C. de contrahẽ. & commitend. ſtipu-
lat. & in. l. ſi pupilli. ff. de nego. geſ. & tex.
in. l. pupillus. §. 1. & de autho. tuto. & in. l.
fin. C. de vſucapio. pro empt. & gloſſ. in. l.
2. ff. de acceptilat. & text. qui videtur ex-
preſſus in dicta. l. non eo minus, tamen iſta
opinio falſa eſt, & contra doctrinam do-
ctorum ſupra relatam tenentium contra
gloſſ. in dicta. l. cum hi. §. eam tranſactio-
nem. Nec enim poteſt fieri diſtinctio inter
eccleſiam, & minorem (vt ſupra proba-
tum eſt) nec inter alimentarium, de quo
in dicto. §. eam tranſactionem.

Nec prædicti text. aliquid in contrariũ
faciunt, quòd enim dicunt, quòd ſi quis
contrahat cum minore ſine tutoris autho-
ritate minor obligatur quatenus locuple-
tior factus eſt, hoc ipſum oſtendit, non
11 eſſe differentiam inter minorem, & eccle-
ſiam. Quis enim negabit? quod ſi eccle-
ſia rem vendidit mille, quibus mille locu-
pletior facta eſt, quòd ſi rem repetat mille
debeat reſtituere. Quis inquam hoc nega-
re poterit? ne eccleſia cultrix iuſtitiæ, cum
aliena iniuria lucretur. & vltra rationem
iſtã euidentem habemus text. expreſſum,
Nam ad omnia ſemper ſunt tex. ſi in ipſis
(vt conuenit) non in doctoribus verſare-
mur, text⁹ (inquam) expreſſus in cap. quod
quibuſdam. extra de fide iuſſo. ibi, *Niſi forte
in vtilitatem domus ipſius manifeſtè conſtite-
rit redundaſſe*, & in cap. quicunq;. 12. queſt.
4. facit text. in cap. 1. extra de in integr. re-
ſtitutio. not. per gloſſ. in cap. cum pro cau-
ſa. extra de procurato. Dec. in. l. iure natu-
ræ. ff. de regul. iur. & ita ſupra dicti tex, qui
loquũtur de minore, in eccleſia locum ha-
bent, quæ etiam ſi contrahat ſine ſolenni-
tate, vel ſi quis ſine eius voluntate negotia
gerat, tenebitur quatenus locupletior effe
cta eſt. & pecuniam, quã recepit, reſtituere
tenetur, vt dictũ eſt de minore in dictis le-
gib⁹, & in. l. vnic. C. de reputat. quæ fiũt. in
iudic. in. l. 1. &. 2. C. ſi aduerſ. tranſactio. &
l. apud Celſum in. §. item quæritur. 2. verſ.
ſi minor. ff. de dol. exceptio. &. l. furioſus.
ff. de action. & obligatio. &. l. ante penul-
tima. in. §. Denique. ff. commun. diuidun.
fac. text. in. l. eleganter in. §. qui reprobos
nummos in fin. ff. de pigno. action. & in
leg. cum hi, in. §. ſanè. ff. de tranſactionib.
& eleganter Vlpian. in. l. 1. ff. de authorita.
tuto. inquit loquendo de minore ſine tu-
tore contrahente *diuus Pius Antoninus re-
ſcripſit, iure pupillam non teneri, ſed inquan-
tum locupletior facta eſt dandam actionem.*
Ecce text. ſingularem, qui probat non ſe-

quitur,tenetur quatenus locupletior fact⁹ est minor,ergo valet contractus.imò si rectè aduertatur consequẽtia debet in cõtra
12 rium fieri,tenetur quatenus locupletior factus est,ergo non tenuit contractus:quia si contractus valeret non quatenus locupletior factus est,sed insolidum teneretur. qđ probatur in dicto.c.quod quibusdam tex. expressus, qui ista consequentia esse ostendit in dicta.l.fi.C.de vsucapio.pro empto. vbi dicit tex.quòd contractus factus cum minore sine tutore,adeo nullus est, vt nec præstat titulum ad vsucapiẽdum,sed tamẽ minor quatenus locupletior factus est, tenetur:& ideo si minor rem vendicet exceptione doli mali repellitur, nisi pretium,in quo locupletior factus est,restituat,vt in.l. penult.§.final.ff.de reb.eorum,vbi inquit Paul.*Doli exceptionem obstare, si lucrum captet pupillus ex dãno alieno.* Sed quid in hoc plura?cum habemus in primis institutionum elementis text.clarum,quòd contractus gestus à minore sine tutoris authoritate est nullus,etiãsi ei valde vtilis sit. in.§. neq; tamen,insti.de author. tuto. vbi dicit tex.*Nec tamen hæreditatem adire, nec bonorũ possessionem petere,neque hæreditatem ex fidei cõmisso suscipere aliter possunt,nisi tutoris authoritate, quanuis illis lucrosa sit,nec vllum dãnum habeat.*cuius ratio est,quia adeũdo hæreditatem quis ex quasi contractu obligatur.ff.de actio.& obligatio.in.l.ex maleficijs.§.hæres, & de acquir. hæredi.l. more, ob quam obligationem etiam si sibi vtilis sit,minor sine tutore non potest contrahere,vt mirãdum sit doctores allegatos à Tiraquel.in re adeo clara aberrasse. & quod aliqui distingunt inter hæreditatẽ locupletem,& opulentã,vt hanc minor sine tutore adire,illã nõ possit somnia sunt,& cõtra dictũ.§.& tex.in.l. obligari,in.§. pupillus ff.de author.tuto.,licet nõ desint huius distinctiõis authores, quos refert Tiraquel. dict.gl. 6.nu.77.&,78.sufficit enim.vt lex non deficiat,quòd ratio legis, quæ noluit minorem obligari etiam in contractu sibi vtili,in hæreditate regulariter versetur, licet in aliquo speciali casu ab omni periculo,& damno omnino esset securus,vt in dicto.§.exprimitur,quod perpetuum est, vt non recedatur à lege,etiamsi aliquo speciali casu ratio eius deficiat, vt expresse ibidẽ probatur,& expresius.in.l.1.ff.de minor. vigintiquinque annis,vbi inquit eleganter Vlpian.loquendo de prætore. *Apparet minoribus annis vigintiquinque,eum opem polliceri:nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Ideo hodie in hanc vsque ætatẽ adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio eis commiti debet, quànuis benè rem suam gerẽtibus.* ecce quòd etiam si in minore rem suam bene gerente cesset ratio legis,non tamen cessat ipsamet lex,facit tex.notabilis in.§.literę& in.§.sequen.vbi hoc subsensit Ioan.Fab.num.4. Insti.de rer.diuis.glo.in.§.his verbis.Insti. de lege aquil.tex.notabilis.in.l.1. in princ. versic.licet nõnunquam.ff.de appellatio. facit,quæ tradit optimè more suo Tiraqu. licèt supradictas leges nõ alleget,in tracta. cessean.caus.1.parte,nume.160.cũ sequen. præcipuè nume.168.& quæ infra dicemus quarta parte in cap.2.nume. 8. Verum igitur est, quòd contractus gestus à minore, vel ecclesia sine solennitate à iure requisita nullus est,etiam si eis vtilis esset,vt in dictis legibus est expressum,nec etiam aliquã in hoc differentiam esse constituendam inter minorem,& Ecclesiam,siue obligatio contrahatur sine facto ipsius,vt in dicta.l.si pupilli,& dicto cap.quod quibusdã,& quod notatur in dicto. c.cum pro causa,siue ex expressa volũtate,vt in dicto.§.nec tamẽ.

Error aliquorum.

Quid igitur respondemus ad dictum.§. eam transactionem, & ad dictam legem, non eo minus de procurato.quibus doctores non satisfaciunt,& videntur omnia supradicta destruere? ego existimo quòd si prima iuris principia rectè consideremus, res est adeo clara,vt nullam dubitationem posimus habere, & ideo puto, Bartol.& Alberi.ibidem,& alios antiquos hæc, vt
13 leuia omisisse,in quibus Paul. de Castr. & alij plures hærent.Nam si quærimus vtrũ actus

actus,seu contractus gestus ab ecclesia, vel minore sine solennitate, vel alia persona prohibita contrahere sine certa solennitate,vt in casu dictæ.l. cum hi,valeat,si ei vtilis sit actus ille: dico, aut ille actus est talis in quo ecclesia, vel minor, vel contrahere prohibitus non se obligat, sed alium obligat,vt quando sibi stipulantur, vel eis donatur,& tũc sine dubio valet talis actus, etiam si nulla sit solennitas obseruata, nec enim in ea specie aliqua per legem est solennitas introducta, text. est in. §. pupillus.Institu.de inutili.stipulat. vbi text.loquẽs de pupillo inquit.*Nam alium sibi obligare etiam sine tutoris authoritate potest*; idẽ probatur in.l.pupillus.§.1.ff. de authorit. tutor.& in.l.contra iuris ciuilis regulas.ff. de pact.in princip.text. in princi.Instit.de authorita.tutor.vbi loquendo de pupillis inquit tex.*Si quid dari stipulentur,nõ est necessaria tutoris authoritas,quòd si alijs promittant pupilli necessaria est tutoris authoritas,nãque placuit meliorem quidem suam conditionem licere eis facere,etiam sine tutoris authoritate,deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris authoritate*, in ista specie loquitur text. in dicta.l.non eo minus.C. de procurato. vbi sententia lata pro minore etiam non legitimè defenso valet, quia per illam sententiam non minor alij, sed alius minori obligatur, & ita procedit text. sine difficultate in dicto.§.eam transactionem,ibi-
14 dem enim nihil fiebat, quo alimentarius obligaretur,sed alium meliori modo,quã ex legato obligatus esset, sibi obligabat, nec repugnat quòd textus ille de transactione loquatur, in qua solet,& debet aliquid hinc inde interuenire, hoc saltem, vt à lite discedatur, vt. ff. de transaction. in.l.1. quia dico, quòd discedere ibi à lite, in nihilo obligat alimentarium, quia hæc discessio à lite necessaria est, non voluntaria, cum id,quod sibi debetur, vel amplius potius sibi soluatur, vt probatur. ff. de procurator. in.l.si reus paratus,&.l.fi. in.§. final.in fine.ff. si cert.petat. & in. l. hoc edicto in principio.ff. De publica. & vectigal.& hoc est,quod dici solet, omnia iudicia debitore volente esse absolutoria, vt Instit.de perpetu.& temporal. actio.in §. supereſt, & text. in.l. cum fructuarius, in fine.ff.de vsufruct. ecce qualiter in dicto.§. eam transactionem, valuit transactio super alimentis sine Prætore. Idquè summo iure statuitur, nec in aliquo oratio diui Marci violatur, quæ in se obligante, vel de iure suo dimittente non in acquirente loquitur. & in ista specie non versatur quæstio nostra. Secundus est casus, quando minor, vel Ecclesia contrahit sine solennitate se tantum obligando, non autem obligat eum, cum quo contrahit, & tunc nulla est difficultas,quòd actus est nullus, cum iste actus sui natura damnum afferat minori, vel Ecclesiæ, & ita est nullus, quòd nulla indiget restitutione, vt in.l. 1. cum sua gloss. C. de in integrũ restitutio.tex.in dicto princip.instit. de authorita.tutor.& etiam iste casus non est quæstionis nostræ,& in eo nulla est obscuritas, aut dubitatio,adeò vt mirandum sit de Francisc. Areti. viro doctissimo, & acutissimo qui in. l. si curatorem habens. C.de in integrum restitutio. mino.2. colu. veli, quòd licet adultus curatorem habens non possit sine eo contrahere, quia comparatur pupillo, vt ibidem notatur, tamẽ quod poterit donare ea ratione, quia cum ius donandi non cadat sub curatoris facultate, vt. C. de transactio. in.l. præses, & in. l. pactum curatoris. C. de pact. & melius,in. l. secus furiosi.ff. de manumiss. ibi, *quia in administratione patrimonij manumissio non est*, iudicetur in ea, tanquam si curatorem non haberet, & ita in donatione defectus authoritatis curatoris non vitiet, quæ opinio,licet eam multum commendet tanquam rem nouam, & à doctoribus non iuuestigatam, nullum habet veritatis colorem, cum erret in multis.Nam licet datio curatoris non impediat minorem in his, quæ ipse de se perfectè potest, vt est in contrahendo matrimonio, vt in.l. in copulandis.C.de nupt.

Contra Frãciscũ Areti.

carnali, vel ſpirituali, vel alio actu reſpiciente ſtatum perſonæ, & in teſtamenti confectione, vt notatur in. l. 1. in. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebellia. & in. l. Aurelio, in. §. idem quæſijt. ff. de liber. lega. & in caſu in cap. ſi annum quatuor decimum. de iudici. libr. 6. & in materia text. in. l. fina. C. de his, quæ legi. perſon. hab. ſtand. in iudicio, & ſi qui ſunt alij caſus in iure, qui non occurrunt, tamen in his, quæ minor ex ſe perfectè facere non poteſt, nó eſt dubium, quòd datio curatoris (cum ſi quid ipſe poteſt extra dictos caſus, alterius poteſtati ſubijciatur,) ipſum magis impediet, adeò, vt actus, qui aliàs valeret, ſi curatorem non haberet minor, licet reſtitueretur, efficiatur nullus per dictam. l. ſi curatorem, ſi authoritas ſibi dati curatoris non interueniat. & contra Aret. eſt text. expreſſus in. l. 1. C. ſi aduerſ. donatio. vbi in donatione de qua ipſe loquitur, text. facit differentiã, an interuenerit authoritas curatoris, vel non, contra quem etiam eſt gloſ. expreſſa in verbo res iud. in. l. ſi curatorem.

Nec etiam eſt verum, quod facultas cu
15 ratoris non extenditur ad donãdum, quia aliquãdo extenditur (vt ſupra dictum eſt) per. l. cum plures in. §. cum tutor. ff. de adminaſtrat. tutor. extenditur inquam authoritas curatoris, nõ vt ipſe ſolus donare poſsit, hoc enim non poteſt, vt in dictis legibus ſupra allegatis, ſed vt minori donãti authoritatem præſtet, quo caſu ſi malefecit ipſe tenebitur, & etiam reſtitutio competit, vt in dicta. l. 1. C. ſi aduerſ. donatio. & ita in materia donationis cadit reſtitutio, quæ valere actum præſupponit, alioquin, ſi eſſet nulla donatio, non daretur reſtitutio, quæ reciſsionem actus validi operatur, vt. ff. de minorib. in. l. in cauſæ. 2. ff. de iniuſto. rupt. in. l. Nam etſi ſub conditione. in. §. poſt defectum autem, & hæc apertè probantur in dicto principio de authorit. tutor. vbi dicitur, quod authoritate tutoris minor in damnum ſuum obligari poſsit, vt illis verbis, quæ ſupra retulimus. *Quod ſi alijs promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris authoritas: namque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis facere, etiã ſine tutoris authoritate, Deteriorem verò non aliter, quam cum tutoris authoritate.* ergo & donare cum tutoris authoritate poterit, vel curatoris, & ſine ea non poterit adultus habens curatorem contra Areti. & ſi eius eſſet vera opinio ſequeretur, quòd cũ non veniat in adminiſtratione curatoris, vt minor immobilia alienet ſine decreto, & neceſsitate, id ſolus efficere minor poſsit. quod nullus ſanè dicet, & expreſsè cõtrarium tenet gloſſ. ſupra allegata in dicta l. ſi curatorem. & ad ſupradicta facit text. in. l. poſſeſsionem pupillus. ff. de acquirend. poſſeſſ. & hæc quoad ſecundum caſum, qui etiam non pertinet ad quæſtionem noſtram. Tertius eſt caſus, de quo loquimur, in contractibus, in quibus hinc inde ſolet obligatio induci, vt in emptionibus, locationibus, & ſimilibus, quæ propriè ſunt contractus, vt de verbo. ſignific. in. l. Labeo, libro primo, in. §. contractum autem. ff. de verb. ſignifica. vbi dicit Vlpia. *Contractum autem vltro, citroq; obligationem eſſe, quod Græci συναλλαγμὰ vocant, veluti emptionem.* Nam illæ, de quibus duobus præcedentibus caſibus loquuti ſumus, obligationes non propriè contractum conſtituunt, cum non vtrinque obligatio conſtet, ideoque donatio non dicitur propriè contractus, quæ res maiorem inſpectionem deſiderat, quàm hic poſsit explicari, quia in contrarium eſt tex. in. l. ſi donationis. C. de his, quæ vi metu, vel cauſa fiunt, textus etiam in. l. final. C. de litigioſ. gloſſ. in. l. contractus. C. de fid. inſtrument. latè per Tiraquell. in dicto lib. poſt. ll. connubi. in gloſ. 3. num. 37. cum pluribus ſequentibus numeris.

In quæſtione igitur noſtra, quæ in contractibus proprijs verſatur, ſi minor, vel eccleſia ſine ſolennitate vendat, vel locet, vera eſt opinio communis Barto. & aliorum contra gloſ. in dicto. §. eam trãſactionem, quòd actus ſit nullus, etiam ſi vtiliter geſtus ſit, quia non ſufficit ſola vtilitas ſine ſolennitate, vt minor, vel Eccleſia obligentur, vt eſt expreſſum in dicto. §. nec tamen de autho. tuto. & alijs ſupra allegatis. quod etiam videtur expreſſum in cap. tua nuper. vbi notat Abb. extra de his, quæ fiunt à Præla. ſine cõſenſu capituli, vbi vtrunque requiritur, vt id, quod fit, ſit Eccleſiæ vtile, & cum conſenſu totius capituli, nec vtilitas cum conſenſu ſolius Epiſcopi ſufficit. quod idem probatur in cap. ſine exceptione. 12. q. 2. & eſt etiã expreſſum in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. & cle. 2. in eod. tit. & rectè pro iſta ſententia iſtos tex. perpendit Tiraquel. in dicta gloſ. 6. nu. 57. nec illorũ ſunt obliti doctores antiqui, quibus textus erant notiores, quàm proprij digiti, nam eos allegat Alberic. de roſat. in dict. l. cum hi in. §. eã tranſactionem. & quod ſupradicta diſtinctio ita debeat fieri inter actus, in quibus ex vna tãtum parte, & inter eos, in quibus mutua obligatio producitur, eſt text. in dicto princi. de autho. tuto. vbi verbis ſupra recitatis ſubiungitur. *Vnde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris authoritas non interueniat, ipſi quidem, qui cum eis cõtrahunt, obligantur adinuicem, pupilli nõ obligantur.* ex quibus, vltra docto
16 res manifeſtè deducitur, quòd dicta. l. non eo minus. C. de procurato. ſolum procedit vbi ſententia in nihilo minorem obligat. Si enim in aliquo obligaret, vt ſolet fieri in iudicijs duplicibus communi diuidundo, familiæ herciſcundę, vel finium regundorũ, vt. C. cõmuni diuid. in. l. ad officium, & inſtituta de offic. iudi. vel ſi per ſententiam minorem hæredem pronũtiaret, non procederet dicta. l. ſed hoc caſu intraret tex. in dicto. §. nec tamen, in iſtis enim caſibus petenda eſt diſtinctio, quam infra ponemus, vt ad ſenſum apparebit. Sed opponet quis dicens, ſi actus eſt nullus, etiam ſi vtilis ſit eccleſiæ, vel minori ex defectu ſolẽnitatis, ergo inuentio ſolennitatis, quæ eorum fauore à lege inducta eſt damnum eis pariet,
17 ſi vtilis admodum contractus reijciatur.

quod eſſet contra iuris notiſsimas regulas. item, vt dicit Deci. qui in hac materia ſibi, & alijs eſt cõtrarius in cap. quæ in eccleſiarum, col. 3. de conſtitutio. & conſ. 124. col. 2. ſolennitates hoc operantur, vt exiſtimemus contractum ſoleniter celebratum, vtilem Eccleſiæ, vel minori eſſe: quid ergo in claris his coniecturis ſuperfluis oneramus minorem vel eccleſiam? quæ ratio non videtur leuis Tiraquello vbi ſupra, in nu. 64. itẽ cũ habeamus effectũ, quem ius quærit, vtilitatẽ ſcilicet eccleſiæ, vel minoris, quid curamus hoc, vel illo modo id contingat? vt. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. ſub condi. fact. in. l. ſi mater, &. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. in. l. mulier, &. ff. de libe. & poſth. in. l. gallus. §. & quid ſi tantum, &. ff. quando dies leg. ced. in. l. ſi ita cum concordan. quas ſi bene memini, ponit gloſſ. vbi text. ſingularis, in. l. fi. C. de donat. quæ ſub mod. text. notabil. in. l. ſi quis ſic ſtipuletur. ff. ſolu. matrimo. ſed ijs facilè reſponderi poteſt. Primò, quia difficile eſt in cõtractibus vltro, citroq; obligatorijs, imò impoſsibile, alio modo intelligi vtilitatẽ eccleſię, niſi per legitimas perſonas ad id conſtitutas, & ordine iuris ſeruato appareat, ſed ne in hoc cõtendamus, reſpõdeo ſecundo, quòd nullum præiudicium fit eccleſiæ, vel minori ex hoc, cum non fraudentur ſua vtilitate, ſi vtiles ſint hi contractus.

Nam licet eccleſia, vel minor non obligentur, & nullus contractus, (vt diximus) ſit, illi tamen, qui cum eis contrahunt, obligati remanẽt. vt in dicto princip. de autho. tutor. & in. l. Iulianus, in. §. ſi quis à pupillo. ff. de actio. empt. *Si quis à pupillo* inquit Vulpia. *ſine tutoris authoritate emerit, ex vno latere conſtat contractus, nã qui emit, obligatus eſt pupillo, pupillum autem ſibi nõ obligat.* Facit text. in. l. 1. ff. de reſcinden. venditio. & in. l. ſi id quod. eodem titul. non vt ipſi pecuniam perdere, & rem eccleſia vendicare cũ lucro poſsit, ſed vt ſit in optione eccleſiæ, vel minoris, cum authoritate
17 ſuorum adminiſtratorum, vel ſtare contractui, & eum perficere, vel non ſtare, vt

est expressum,in.l.Iulian⁹,in.§.si quis colludente. *Si quis colludente procuratore meo,* inquit tex.*ab eo emerit,an possit agere ex empto? & puto hactenus agendum, vt aut stetur emptioni,aut discedatur.Sed & si quis minorẽ. 25.annis circũuenerit: & huic hactenus dabimus actionẽ ex empto, vt diximus in superiori casu.*ff.de actio.empt.& in dicto principio de authorit.tutor.quòd si recedere velit à contractu pecuniam,quam accepit,quatenus locupletior factus est vel pupillus, vel ecclesia,vel ille, qui dolo aduersarij deceptus est,vt.d.§.si quis à pupillo , cũ gl.d.l. eleganter.§.qui reprobos nummos in fin. de pigno.actio.vt supra dictũ est,restituet, & in hoc obligatur,non ex contractu, qui nullus est,sed ex receptione pecuniæ , & re ipsa,repetitio enim pecuniæ non ex cõtractu,sed contra cõtractum oritur,vt verum sit,quod dici solet,repetitionẽ pecuniæ extra id, quod actũ est,oriri,vt in.l.si quis.in §.fina.ff.commod.vbi singulariter inquit Põponius. *plerunq; enim accidit, vt extra id quod agitur , tacita obligatio nascatur.* facit tex.in.l.ex maleficijs in.§.is quoque.ff.de actio.& obligat.tex.in.§.item is cui. quib. mod.re cõtra.obligat.& in.§.item is quoque,de obligation.quæ ex quasi contract. Bart.notanter in.l.3.in.§.idem scribit.ff.de pecul.colu.penult.nu.52.& in.l.naturalis. §.1.nu.2.ff.de præscript.verb.& idẽ Bart. in.l.si pecuniam.§.fina.ff.de condictio.ob causf.& glos.fina.in.l.siue apud acta.C. de transactio.Bart.in.l.2.col.1.C.de condict. ob causf.per Deci.in.l. non omnis numeratio.ff.si cert.pet.nu.4.& Fortun. Garf.in.l. iuris gentium,in.§.1.de pact. quod lõgam discussionem requiret,propter tex.notab. in.l.ex empt.in.§.si quis virginem, & in.§. is qui vinum.ff.de actio.empt.& text.in.l. quod si fortè de solutio.sed non est hic locus his subtilitatibus,alibi fortè explicabimus.Deniq; in potestate ecclesiæ, vel minoris est,vel stare contractui, vel nó stare, quando solẽniter non est celebratus:& ita
18 potest claudicare contractus,vt claudicat, si in cõtractu,etiam inter maiores celebrato ex parte vnius interueniat fraus,vel dolus:nam in potestate fraudati, vel circumuenti est,vel stare,vel non stare cõtractui, vt in d.l.Iulianus.§.si quis à colludente.ff. de actio.empt.quod etiam notat glos.in.l. iurisgẽtium.in.§.prætor ait, vbi doctores. ff.de pact.& glos.in verb.quod magis est, in.l.1.in fine.ff.de pignor. action.glos.in cap.in illis.1.extra de desponsat. impuber. glos.fin.quæ allegat plures tex.vbi ad hoc etiam est text.notabi.in.c.1.in fi.de eo,qui duxit in matrimo.vbi matrimoniũ potest etiam claudicare,& ibi glos.fin.alleg.concordan. est etiam bonus tex.ad hoc,in.l.1. in fin.C.si Rec.Prouinc.licet glos.ibidem malè interpretetur,est etiam text. notabilis in.l.cum interdictæ.C.arbit. tutel.facit text.in.l.sed & socius in.§.1.ff. pro soti.& quæ notat Bart.num.3.in.fi.post glos.ibidem in.l.eleganter.ff.de dol. idem Bart.in l.in causæ.2.ff.de minori. nu.5. & quod notat Bald.in.l.1.C.plus vale.quod agi.

Hoc autem,quod diximus,quòd fauore minoris possit claudicare cõtractus , est verum quando cõtractus agitur à duobus minore,& alio maiore,sed quando fit à minore solo,vt in additione hæreditatis,tunc indistinctè est nullus actus deficiente solennitate, nec aditio claudicat, vt in dicto.§.nec tamen, quia non datur consensus alicuius,qui minori obligari possit,minore inualidè adeunte. Ideo aditio hæreditatis non est contractus,sed quasi contractus,vt in.§.hæres.de obligat.quæ ex quasi contract.&.ff.de actio,& obligatio.in.l. ex maleficijs, in.§. hæres, & in ista specie cessat ratio dictæ.l. Iulianus in.§. si quis à pupillo,& text. in dicto principio de authorita.tutor.& ita sentit Fabr. in dicto.§. nec tamen,nume.2.vbi est text. qui ita debet concordari cum dict.§.si quis à pupillo,& cum dicto princip.& Fab. ponit optimam rationem,quoniam est, quod imputetur contrahenti cum minore,ideo ex hac culpa ipse obligatur,& minorem non obligat: debitoribus autem hæreditatis nihil potest imputari,cum illis inuitis, & ignorantibus

rantibus hæreditas adiri possit,nec consensus eorum in ea re aliquid promoueat obli
19 gationem passiuam,quæ ex parte debitoris non est potestatiua , sola enim actiua est in voluntate creditoris, vt in.l.nominis venditio. C. de hæredi. vel actio. vendi. & in. l. debitorum pactionibus. C. de pact.Bald.elegantissimè in consilio. schismatis sub tit.C.si quis aliq.testa.phibuer. 2.colum.num.2.clarius autem, & per similitudinem hoc ostendi potest , nam quasi contractus non duos pedes,sed vnum tantum habet , cum ab vna tantum parte fiat, ideo claudicare non potest,sed vt cadat necesse est, si in eo defectus reperiatur.

Item notandum est , quòd eleganter F. Dominic.de Soto,lib.4.de Iustic.& iur.in quæst.5.artic. 2.colu.penult.vult, quòd in ludo dicta claudicatio non admittatur , vt qui perdere non potest,vt filius familias,& minor,neque lucrari cum bona conscientia possit.quod videtur contra supradicta, cum sibi imputare debeat,qui cum talibus ludere non erubescit.sed possumus respondere q; in his, quæ ex euentu pendent dicta.l Iulianus,non procedat , in illis enim initium,non autem quod postea sequitur attendendum est,vt probatur in.l.si pater puellæ.C.de inofficio. testamẽt.& in.l. de fideicommisso.C.de transactio. esset enim maxima iniquitas, si ex euẽtu iudicaretur, vt si lucratus fuerit minor,iure lusisse dicatur,si vero victus fuerit,non id sibi licitum fuisse,tũc enim actus duplex vltro, citroq; gestus,simplex redderetur contra negocij naturam,& partium cõuentionem. quod non est in dict.§.si quis à colludente,& dicto.§.si quis à pupillo.in quo claudicatio, quæ admittitur, non diuidit contractum, sed integrum probari, vel improbari à minore permittit,in ludo autem contra esset. nec obstat.l.non eominus.C. de procurat. quia licet in his,quæ ex euentu dependent, loqui videatur,cum dubius sit euẽtus litis, vt in.l.quod debetur.ff. de pecul. dispar tamen est ratio sententiæ,& ludi,cũ illa iuris præsumptiõe pro veritate habeatur , & ita minori,quod suum est,tribuit,ludus vero non propria,sed aliena largitur , ideo nihil causari poterit , qui cum minore litigauit. denique fauore minoris contractus claudicare possunt,qui certi ab initio sunt,nó autem illi,qui depẽdent ab euentu,in quibus, cum constet malè ab initio rem minorem gerere,non opus est ex futuro euentu id iudicare:quod est notandũ , quia, si cõtrariũ statueretur,maxima esset iniquitas, vt contra cõsensum partiũ actus , & obligatio ex vna parte,& pro vna tãtũ parte cõsisteret, quod in.d.l.Iulian⁹, in.§.si quis à pupillo nó permittitur,imò exp̃sè prohibetur.

Sed hæc solutio,& concordia, licet mihi aliquando placuerit,nunc tamen videtur non esse sine difficultate,nam hanc distinctionem videtur destruere tex.in.l.sed & socius,in.§.si absenti.ff.pro socio.vbi in cõtractibus,in quibus vtilitas,vel dãnũ ex futuro pẽdet euẽtu,admittitur claudicatio ex culpa vnius ex cõtrahentibus,inquit.n. Paulus iurisc̃õsultus.*si absenti renunciata societas sit, quoad is scierit,quod is acquisiuit , qui renũtiauit,in cõmune redigi debet detrimẽtum autem solius eius esse , qui renũciauit, sed quòd absens acquisiuit ad solũ eũ pertinet,detrimẽtũ ab eo factũ cõmune est.* Ideo si opinionẽ supradicti F.Dñici deSoto tenere velimus,di cẽdũ esset in ludo etiã nõ prohibito nó esse subiectũ tale,vt in eo aliquis priuilegio sit muniẽdus,sed iure cõi vti debeat,vt qui nó perdere,nec lucrari possit. Nã licet ludus nó sit prohibitus (in prohibito enim nulla caderet cõtrouersia) tamẽ magis naturam quodammodo prohibiti sortiri videtur,in quo minor à maiore nõ distat.vt.ff.de minor.in.l.auxilũ.§.in delictis,et C.si aduers. delictũ per totũ,nec enim sicut de emptionibus,& vẽditionibus,& alijs cõtractibus cõmercio hominũ necessarijs , ita de ludo ius cõstituitur: qui licet non prohibeatur magis tñ id indulgẽtiam, quã ius cõtinet. nec satis minorib⁹ cõuenire videtur , vt in hoc aliquod priuilegiũ minori cõcedatur,sufficit enim,vt id extra pœnã sit,ad qđ est tex. notabilis,si subtiliter ꝑpendatur in.l.illud

in.1.respõso.ff. de manu vindict. iuncta.l. in concubinatu.ff.de concubi. versic.nam quia.ideo edictum de minoribus ad ludũ trahi non debet, vt minor lucretur. Satis est vt indemnis constituatur,& sola hac ratione dicta opinio niti potest, quia vbicunque æquitas deficit claudicatio talis nõ admittitur, vt in.d.l. si id quod.circa fi.ff. de rescin.vendi.vbi inquit Paulus *vix bonæ fidei conuenire eo pacto stari, quo alteri captiosum sit*, quod si quis contrariam sentẽtiam probet, eam tam ex dictis legibus, quã alijs rationibus facilè poterit comprobare, quę verior est, & eam licet leui argumento tenet Nauarr. in sum. confesso. c.19. nu.9.

Quod autem dictũ est de minore, quod eius fauore claudicet contractus sine solẽnitate celebratus, vt in potestate sua sit stare ei, vel non stare, procedit similiter in ecclesia, vt possit contractum sine solennitate factum inuito etiam eo, cum quo sine solennitate contràxit, si videat id sibi vtilè esse, & vtilitati velit adijcere solennitatem, seu approbationem suam. ita vult gloss. ordinaria in cap.1. extra ne sede vacãte. in verbo sede vacante, quã ibi sequitur Hostien. & Imol. nume.10. vbi hoc disputat,& respondet allegatis in contrarium. & Abb. nu.8. eandem opinionem tenuit Innocen. Ioan. Andr. Cardinal. Zabarell. & Abba. Panormi. in.c.1. de his quæ fi. à Prælat. sine consensu capituli. Anto. de Butr. in.cap. si quis presbyterorũ, extra de reb. Eccles. nõ alienan. col.1. in fi. Dec. in.c. quæ in ecclesiarum, colum.3. nu.9. in medio de constitutio. Fulgos. & Iass. in dicto. §. eam transactionem Carolus Ruin. in consi.11. colu.3. num.6. volumi.4. vbi dicit, quòd cum Innocent. transeunt alij doctores. nec his obstat, quòd constitutio Pauli Secundi, incipiens, ambitiose, improbet contractus factus de rebus ecclesiæ sine Romani Pontificis authoritate, & ponit excommunicationis pœnam cum decreto etiam irritãti, quod vocant.

Quia primo aduertẽdum est, quòd illa constitutio extrauagans non vbique recepta est, ideo excommunicatio cessat in locis, vbi non constat fuisse expressè receptã, vt benè aduertit Caiet. in summa, verb. excõmunicatio casu.75. & Siluester in verbo excommunicatio.7. versiculo. 47. secũdo etiam considerandũ est, quòd illa constitutio improbans prædictos centractus, solum procedit ecclesia volente eos haberi pro inualidis, sed si ecclesia velit per legitimas personas impetrando sedis Apostolicæ assensum,& authoritatem stare illi contractui, poterit hoc facere etiam inuito eo, cum quo contractum est, quia, vt supra est declaratum, contrahens cum minore, vel ecclesia obligatur, licèt ipsi non obligẽtur, ideo admittitur ratihabitio, vt dicemus infra.c. proximo, nec decretũ irritãs hoc impediet, nec enim aliquã vim habet, nisi eo ecclesia vti velit, qđ est cõmune omnibus similibus decretis, vt dicit Ioan. Monach. Ioan. Andr. Domini. in cap. statutum. vbi etiam Franc. col. fin. de præben. lib.6. cum pluribus allegatis à Tiraquel. in repeti. l. si vnquam, in verbo reuertatur, num.331. in versi. illud autẽ in posteriori impressione. C. de reuocan. donatio. Felin. in capit. cum dilecta.4. col. de rescript. Tiraq. etiã in dictis. ll. connubial. in dicta glos. 6. nu.63.

Notandum tamen est, quòd ille, qui cũ ecclesia, vel minore sine solennitate cõtraxit, ne cogatur esse in suspenso, potest agere, vt minor, vel ecclesia cõpellantur, vt soleniter declarẽt, an velint stare cõtractui, vel ab eo discedere, text. est, qui istũ modũ agẽdi inducit in dict. l. Iulianus, in. §. si quis à colludẽte, vt notat Bart. ibidẽ. & in.l. Põponius.5. col. nu.15. ff. de nego. gest. & alibi sæpe doctores quos allegãt recenti. vt statim dicemus, qui modus agendi contra minores,& ecclesiam, non admittitur contra pupillum, sed expectandum est, vt pubes efficiatur: Nam text. in. §. si quis à pupillo, non repetit in pupillo id, quod in minore dixerat in præcedenti. §. si quis à colludente, intelligens in adulto, & ita aduertit Bartol. & bene Ari. Pinel. in dicta repetitione. l.1. C. de bon. matern. 3. part. num.

nume. 35. nec est nouum, vt fauor pupilli efficiat, vt causa aliquando in eius puberta tem differatur, vt in Carboniano edicto videmus,& aliàs in.l. apud Iulianum in.§. 1.ff. quibus ex caus. in possess. eatur,& imputare sibi debet, qui cum puero contrahere non erubuit. Post pubertatem verò non impeditur agere, etiam antequam minor ad vigesimumquintum annum peruenerit,& sic durante minori ætate, vt in dicto. §. si quis à colludente, vt benè notat Pinel. loco supra allegato, nume. 36. contra. Ioan. de Imol. clemen.1. nume.38. de in integr. restitutio. & vide omninò Pinel. ibidem in nume.30. qui aliqua satis cum iudicio (vt solet) ponit in ista materia, licet supradicta non ita examinet, nec aliquis scribentium.

In ecclesia autem, quæ iure minoris censetur, cum non speretur quòd ex progressu temporis fiet aliqua mutatio, non est, quare emptor expectare aliquid debeat, sed statim poterit agere, vt ecclesia declaret an stare velit contratui, vel vt statim ab eo discedatur. Ex quo etiam existimo ecclesiam ad diuisionem prouocare posse, quanuis id minori non liceat, cũ diuisio sit alienatio, vt in.l. inter omnes. C. de præd. minor. & in.l.1. §. si communis,& in.l. magis puto. §. final. & in.l. si pupillorum, in princip. ff. de reb. eorũ, quia licet communio non soleat esse vtilis,& remanere in cõmunione perpetuò, quòd causa rixarum sit nullus possit cogi, etiam ex conuentione, vt in.l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. commun. diuid. de quo per Decium in.l. fina. nume.23. C. de pact. & consil.264. per Iass. in. §. quædam de actio. Hippol. singu. 9. & Ioann. dilectum in tractat. de arte testand. libr.8. caut.8. facit. ff. delaga.2. in.l. cum pater, in. §. dulcissimis, tamen in minore, ne ad diuisionem possit prouocare, statutum est, quia non sufficit ad rerum alienationem vtilitas, sed necessitas, cum tempore, quo maior erit, hoc efficere possit. licet male Bartol. in.l. si pignore nume.7. ff. fami. her. velit minorem, si sibi vtile sit, ad diuisionem prouocare posse contra dictas leges, & omnia supradicta, quia in edicto de reb. eorum sola causa necessitatis excipitur, non autem vtilitas sola sufficit, & eadẽ ratione nõ est verum, quòd ipse Bart. in.l. si cõuenerit. ff. pro socio, & in.l. inter pupil los. ff. de authorit. tuto. in ecclesia verò cõtrà verũ erit, vt semper ad diuisionem prouocare possit. Primò, quia non potest expectari tempus, in quo debeat eius status mutari, sicut expectatur in minore. Secundò, quòd in ecclesia vtilitas sola sufficiat, etiam si necessitas nõ subsistat,&, vt supra dictum est, cum vtilè semper sit à communione discedere, vt dictis legibus, cũ etiã res communes facilè negligãtur, *naturale quippe vitium est negligi, quod communiter possidetur*, vt dicit text. in.l.2. C. quando. & qui. quart. pars debeat. lib.10. Hæc autem vtilitas semper probabilem, facit diuisionẽ, vt inquit tex. in.l. qui potuerunt. ff. de manumiss. testamen. & ita videtur expressum. in l. si pupillorum, in princip. ff. de reb. eorũ, vbi gloss. non considerauit, quòd vtilitatis causa res ecclesiæ alienari potest, quæ vtilitas semper in diuisione, legis interpretatione versatur, minoris verò res ex sola necsitate, si immobiles sint, alienantur, vt in dictis legibꝰ probatur, & in. l. si fundꝰ sit sterilis. ff. de reb. eorum, & ibid. not. glos. per tex. in auth. itẽ prædictũ. C. de Sacrosanct. eccles. & est tex. expressus in.c. fine exceptione.12.q.2. vbi in ecclesia vtilitas sine necessitate sufficit, quæ in minore non sufficit, sed sola necessitas.

Contrà Barto.

¶ Summarium ex. Cap. III.

1 *Contractus inualidus ecclesiæ, vel minoris potest ratihabitione confirmari.*
2 *Quod procedit etiam lite iam cœpta, cũ minore, vel ecclesia.*
3 *Non debet esse in potestate actoris præripere optionem à lege concessam.*
4 *Ratihabitio tacita non sufficit in cõtractu ecclesiæ.*
5 *Qui præsupponit, non disponit.*

Animus

6 *Animus continuandi quando producat actum de nouo.*

7 *Ratihabitio procuratoris tacita nihil operatur, niſi id conſulto fiat.*

8 *Diſpenſatio non inducitur tacitè, & in cõſequentiam, ſed debet expreſsè fieri.*

CAPVT. III.

De Ratihabitione cõtractuum minorum, & eccleſię, qui fuerunt ſine ſolẽnitate celebrati.

VIſum eſt ſupra, quo nam modo contractus minorum & eccleſiæ ſine ſolennitate geſti, obligent contrahentes cum ipſis, licet, ipſi obligati non ſint, nunc id declarandum eſt, niſi minor factꝰ maior, vel adhuc exiſtens minor, vel eccleſia cum ea ſolennitate, quæ ab initio debuit fieri, contractum ratum habuerit. Si enim id fiat ſecurus erit emptor, & in exteriori, & in cõſcientiæ foro, vt per totũ. C. ſi maior factus, facit tex. in. l. obſeruare. §. fin. de offi. Proconſul. cũ ibi notat. & nota. per Alberi. in. l. fin. C. ad ſena. cõſul. Macedonian. ex ratihabitione ſoleniter facta cõfirmabitur, licet Bal. in. l. obſeruare. §. & poſt hæc. 2. lect. fin. colum. q. 14. dicat, quòd vbi eſt peccatum in forma ratihabitio nõ operatur, & eum ſequatur Carol. Ruin. conſi. 123. num. 8. lib. 1. tamen id non eſt verum, ſi ratihabitio ſolenniter fiat, & ab ijs omnibus, per quos oportuit, ab initio actum geſtum fuiſſe. argu. l. 1. C. qui admi. ad bono. poſſeſ. & in. l. qui aliena. ff. de acquiren. hæredit. & eſt de mente omnium reprobantium gloſſ. d. l. cum ij in §. eam. trãſactionem, qui neceſſario ratihabitionem admittunt, cum minorem, vel eccleſiam poſſe approbare contractum, & ex eo agere poſſe concedant.

1

Contra Bald.

Nec obſtat, quod dicit Guill. Speculat. in titulo de his, quæ fiunt à Prælato. nu. 2. cum ſequent. nam ibidem Specula. ſolum quærit, an iudiciũ ſemel malè, & ſine actione cæptum à Prælato ſuper re ab eo ſolo, ſine capitulo alienata, poſsit ex ſuperuenienti capituli ratihabitione firmari, & non negat ius ex ſuperuienti ratihabitione ſuperuenire, imò neceſſario id præſupponit, cum dubitet, an ius ſuperueniens firmet iudicium ſemel ab initio inualidum cõteſtationis tempore iuxta tex. in. l. nõ poteſt videri. ff. de iudic. vbi inquit Paulus *non poteſt videri in iudicium veniſſe id, quod poſt iudicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus eſt*, & ita Speculator poteſt pro iſta parte allegari, quem omnino vide, nã-

2 que ex eo colligitur, quòd etiam lite iam cœpta, & pendente, poſsit dicta ratihabitio in præiudicium contrahentis fieri, nec mirum, cum ex dicto contractu cum eccleſia non ſolenniter geſto contrahens, vt dictum eſt, ſit perfectè obligatus. quod nõ eſſet, ſi in ſua conſtitutum ſit poteſtate, ab obligatione reſilire, vt. l. ſi ſub hac. ff. de actio. & obliga. & l. in ementis. C. de contr. empt. & in diffinitio. obligationis in princ. de obligationi. inſtit. alioquin eſſet in poteſtate illius, qui cũ eccleſia, vel minore con-

3 traxit, agendo eis præcipere ius optionis, & vanum eſſet eorum priuilegium, quod eſt contra mentem. d. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de actio. empto. iunct. l. 2. §. fin. ff. de eo. quod cer. lo. & in. l. ſi quis rẽ. ff. de arbitris fac. text. notabil. in. l. 3. ff. qui & à quib. ibi, *non poteſt hæres quoſdam ſeruos, vel omnes manu mittendo, aut euertere, aut minuere ius electionis*, & l. ne in aliena. ff. quod vi, aut clam. vbi inquit Venuleius iuriſconſultus *ne in aliena poteſtate ſit, conditionem meã nihil delinquẽtis deteriorem facere*, facit ratio tex. in. l. interdũ, in. §. ſerui. ff. de publica. & vecti. & in. l. ſi maritus minus. ff. ſolut. matrimo. tex. notabi. in. l. ſit quod mihi, in §. fi. ff. de liberatione, lega. tex. in. l. an vnꝰ. ff. ſi. ſerui. vendice. ibi, *quodammodo ſibi alienum ius præripit*. intelligo tamẽ ſupradicta ſi ratihabitio expreſſa eccleſię interueniat, tacitam enim, quæ vel ex traditiõe rei, vel cenſus receptione, vel ſimili facto colligatur, credo non ſufficere, licet ratihabitio aliàs

aliàs poſsit, & tacitè, & expreſsè induci, vt in. l. Paulus. ff. rem rat. habe. per Tiraquel. de iure. conſtit. 3. part. 30. limitat. num. 11. cum ſequen. vbi allegat plures cõcordan. cum facto cognoſcatur voluntas, vt in. l. re prehendenda, cum gloſ. comprobaſti. C. de inſtitutio. & ſubſti. & in. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bono. poſſ. contr. tabul. & in. l. ſi auia. C. de iur. deliberan. & in. l. poſt diẽ. ff. de legecõmiſſo. in. l. pro hęrede. §. ſed quod Papinianus. ff. de acquir. hęredi. in. l. rem legatam. ff. de adimẽ. lega. & in. l. nihil intereſt. ff. de inoffic. teſtamẽ. Iaſ. in. l. de quibus. 8. col. ff. de legi. Deci. in cap. dilecti. 2. de appellatio. & in. l. nõ vult hæres eſſe. ff. de regul. iur. & ratihabitio à nuda voluntate depẽdeat, vt per Bart. in. l. Põponius. 1. ff. de nego. geſt. & ideo ex ſupradictis actibus inducitur, vt probatur in l. 2. C. de his quæ vi, met. ve cauſ. & in. l. cũ fidem. C. de nõ, numer. pecu. Imò & leuius ad odioſam exceptionem excludẽdam, vt in. l. ſi filius familias. ff. ad ſen. conſul. Macedon. tamen, vbi requiritur ſolẽnitas, & deliberatio, vt in eccleſia, & ſic plus quàm nuda volũtas, nõ credo tacitè ratihabitionem

4 ſufficienter induci, quia qui præſupponit

5 vbi amplius quam nuda voluntas requiritur, non videtur diſponere, etiam ſi diſpoſitio in eius voluntate conſiſtat, text. eſt notabil. in. l. hæreditas ad ſtatiũ. ff. de hæred. inſti. optimus tex. in. l. Titia, cũ teſtamẽto, in princi. ff. de lega. 2. facit, quod vult Bart. & communiter doctor. licet quoad illam legem habeat difficultatem in. l. is, qui putat, num. 4. in fi. ff. de acquiren. hæredi. vbi factum continuationis non inducit diſpoſitionem, quod ſemper verum eſt, vbi poteſt inducere damnum, vel obligationem; ſecus vero ſi actus eſſet talis, in quo de mera acquiſitione agatur, & ita debet intelligi communis opinio. contra gloſſ. in. l. 3. in

6 principio verb. animo, in fine. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi animus continuandi, qui præſupponit acquiſitam iam poſſeſsionem, efficit acquiſitionem de nouo, quod eſt notandum, quia docto. non ſatis hoc explicant, vt patet ex Areti. in dicta. l. is, qui putat. 2. colu. ratio eſt, quia non datur ſatis deliberata voluntas in præſupponente per ſupradicta, quæ deliberatio in eccleſiæ cõtractibus requiritur, cum ad hoc requirantur tractatus, vt in cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. & in cap. 1. de reb. eccleſ. non alienan. lib. 6. & per Abb. in cap. nulli de reb. eccleſi. non elienan. Ideo ex traditione rei, vel receptione cenſus, vel pecuniæ non inducitur ratihabitio ſufficiens in eccleſia, niſi conſulto, & deliberato animo ratificãdi fiãt actus prædicti: aliàs autem id, quod ex dictis actibus infertur, vel præſupponitur, non eſt deliberatio ſufficiens, cum magis præſupponatur, quam cõſtituatur obligatio: & hoc elegãter probat Papinia. in. l. in totum. ff. de regul. iur. vbi ita inquit *in totum, ea quæ animi deſtinatione agenda ſunt: nõ niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*: & aliud eſt agere ſponteneè, aliud ex electione, neceſſe enim eſt, vt conſilium electionem antecedat, vt inquit eleg. S. Ioann. Damaſc. orthodo. fid. lib. 2. c. 24. ad quod etiã facit qđ prudẽtiſsimè maiores noſtri Rotę

7 Auditores iudicarunt in deciſio. 38. incip. fuit dubitatum de procurato. in nouis, conſtituẽdam eſſe differentiam inter ratihabitionem tacitam, & expreſſam, vt hæc facta à procurato operetur, non autem illa, quòd debet per ſupradicta declarari, niſi conſulto, & deliberato ratificandi animo id efficiatur.

8 Sic etiam videmus in ordinario non induci diſpenſationem ex actu in cõſequentiam, niſi expreſsè diſpenſatio concedatur, vt eleganter not. Innocent. in cap. veniens. extra, de filijs presbyterorũ, vbi ponit ſingularem rationem, quia requiritur ſaltim ſummaria cauſæ cognitio, vt notatur in capit. requiritis, in. §. niſi rigor. in gloſſ. 2. in principio. 1. quæſtio. 7. quæ, vt ſupradiximus, non interuenit in præſupponente, nõ enim datur deliberatio ſufficiens cum aliud agendo, & perfunctorie [illegible] quę id egiſſe certũ ſit. de quo per Abba. in cap. cum in cunctis. §. inferiora. 3. colum. extra de ele-

de electio. vbi limitat in ſupremo principe, ad quod eſt tex. In. l. quidam conſulebat. ff. de re iudica. licet etiam in ſupremo principe ſola nominatio non ſufficeret, vt in clem. ſi ſumus Pontifex de ſenten. excõmuni. vbi etiam probatur, quòd princeps, qui præſupponit diſponere non videtur, licet verba principum, quàm priuatorum conſultius prolata eſſe credendũ ſit. deniq; in inferiore à principe non fit legitimatio in conſequentiã, ſed opus eſt, vt principaliter fiat. De quo latè per mod. in tract. de literis apoſtoli. nu. 110. cum ſequen. 1. volu. tract. diuer. doct. facit in ſimili, quod not. gloſſ. in. l. interrogatam. C. de liberal. cauſ. Bart. in. l. cũ ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. cum his, quæ Hippol. poſt Bart. in. l. 1. §. diuus Adrianus. ff. de quæſtio. & in ſingula. 581. & Tiraquell. de retract. in. 1. part. §. 36. in gloſſ. 2. num. 55.

¶ *Summarium ex Cap. IIII.*

1 *Eccleſiæ voluntas quomodo explicetur.*
2 *Poteſtas, & volũtas in quolibet actu requiruntur.*
3 *Remedium retinendæ, & recuperandæ cõcurrere poſſunt diuerſis rationibus.*
4 *In poſſeſſorijs leuior probatio requiritur.*
5 *Facto adminiſtratoris eccleſia amittit poſſeſſionem.*
6 *Qualis voluntas ſufficit ad amittendam poſſeſſionem.*
7 *Coacta voluntas, quando operetur.*
8 *Mandatum conceſſum per vim eſt nullum ipſo iure.*
9 *Metus vitiat contractus innominatos.*
10 *Pœnitentia nihil operatur in contractibus iam perfectis, & ſi incontinenti ſuperueniat, contra modernos.*
11 *De remedio canonis reintegran.*
12 *De condictione ſine cauſa, & indebiti quoad poſſeſſionem, quòd nõ ſint remedia poſſeſſoria, licet dentur ad poſſeſſionem.*
13 *Remedium nullitatis, & reſtitutionis in integrum poſſunt cumulari cõditionaliter, & ſimpliciter.*

CAPVT. IIII.

Vtrum omiſsio ſolennitatis in cõtractibus eccleſię, & minoris inducat defectum voluntatis, & an poſſeſsio amittatur ex tali contractu, & de remedio canonis reintegrandæ, & alijs vtilioribus remedijs ad recuperandũ res malè alienatas.

EX dictis in præcedẽtibus capitulis ſatis apparet, alienationem rei eccleſiaſticæ, vel minoris ſine ſolennitate, licet vtiliter fiat, inualidam eſſe, quaſi volũtas deficiat, vtilitas enim poteſtatem quodãmodo reſpicit, non enim fieri debet, niſi vtilitas, vel neceſſitas (vt ſupra diximus) adſit. Solennitas verò voluntatem explicat. Nam eccleſia, cũ 1 ſit perſona myſtica, aliter velle nõ poteſt, niſi mediante eorum perſona, quibus hæc res cõmiſſa eſt, nec minor perfectè, niſi & tutoris volũtate ſui adminiſtratoris ſua adiuuetur volũtas, quo fit, vt altero deficiẽte inualidus actus efficiatur, cum actus cuiſlibet perfectio duobus fundamẽtis nitatur, atq; firmetur, poteſtate, ſcilicet, & voluntate, vt in. c. graue nimis, & in. c. ſtirpandæ, in 2
§. qui vero, ibi *velint, & poſſint.* extra de præbend. & dignita. & in cap. ſuper inordinata eod. tit. & in. c. cum in cunctis, extra de electio. probatur optimè in. c. cũ ſuper, extra de offic. de lega. text. notab. in. l. nolle adire, vbi notat Bald. ff. de acquiren. hæredi. idem Bald. per tex. ibidem in. l. cũ te. C. de dona. ante nupt. tex. in. l. ſi voluntate domini. C. de fideicõmiſſa. liberta. in prioribus verbis text. notab. in. l. 1. C. ſi in cauſ. iudic. pignus captum ſit, ibi, *ſi eius iuſſu, cui ius iubendi fuit.* facit text. in. l. in re mandata. C. manda. ideo, ſi ex his alterum tollas, actum corruere neceſſe eſt, vt in. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi. in. l. 1. ff. de iur.

iur. codicill. in. l. 3. C. de cõtrahen. ſtipula. & in. l. ſiue emancipatis. C. de donatio. vt enim inquit Bald. in tract. ſchiſmatis ſub titu. C. ſi quis aliquem teſt. prohibu. colu. 4. actus, qui ſine volũtate fit, informis eſt, indifferens, & inanimatus, & idem Bald. in l. 1. nume. 4. C. plus valere, quod agitur. dicit, quòd vbi cõſenſus remouetur ab actu, actus remanet tanquam corpus ſine anima, & inquit Boet. quẽ Lancello. Deci. refert in. l. 1. colum. 4. ff. de condictio. indeb. omnis humanorum actuum intentio ex duobus conſtat, poteſtate ſcilicet, & volũtate. & licet Ariſtotel. quem refert Bald. in l. cum teſtamentũ. C. de iur. & fact. Claud. de Saiſelo in. l. pacta nouiſſima. colu. 1. C. de pact. & Lancell. Deci. in. l. certi condictio. §. fi. in fin. ff. ſi cert. pet. tria requirere videatur, poſſe, velle, & ſcire, tertium tamen hoc ſub primo comprehẽditur, vt rectè, ac ſolet conſiderat Deci. in dicto cap. cum ſuper Abbatia extra de offi. delega. 4. notab. ideò ex dictis contractibus ſine ſolennitatibus nomine eccleſiæ, vel à minoribus factis (vt de poſſeſsione rerum Eccleſiæ aliquid attingamus) cũ ſine animo, ſeu volũtate poſſeſsio non amittatur, vt. ff. de acquirẽ. poſſeſſ. in. l. 3. §. amittenda, & in. l. quẽadmodum cum alijs, ſi poſſeſsio naturaliter capiatur nõ ſolum res vendicari ab Eccleſia, vel minore poſſunt, verum & poſſeſſorijs remedijs poſſe experiri videtur, vel recuperandæ ratione naturalis, quæ traditione. vel appræhenſione amiſſa eſt, vel retinendæ reſpectu ciuilis, quæ retinetur, vt turbatio, quæ naturaliter fit, prohibeatur: diuerſarum enim poſſeſsionum reſpectu remedia retinendæ, & recuperandæ 3
non ſunt cõtraria, ideo ex eodem facto oriri poſſunt, vt recte interpretatur gloſſ. in. l. vnic. C. vti poſside. & in. l. clam poſsidere. in. §. 1. & in. l. naturaliter, in. §. nihil cõmune. ff. de acquiren. poſſeſ. quinimo & adipiſcẽdæ poſſeſsionis interdictũ, licet non ſoleat dari poſsidenti, vt in. §. ſi quis. de interdict. & notat glo. in. l. 1. ff. de fideicommiſ. hęredi. petitione, & in. c. 1. de cõfeſsis lib. 6. concurrit tamen aliquãdo cum interdicto retinendæ reſpectu alterius poſſeſsionis, quando ipſo iure per ſtatutum transfertur poſſeſsio, vt doctores noſtri varijs locis determinant, quos refert. R. epiſcop⁹ Segob. li. 3. varia. reſol. c. 5. nu. 6. per totũ, Suarez in terpres noſtrarũ Hiſpanię legũ nõ imperit⁹ in. l. 3. delas herẽcias nu. 12. cũ ſequen. lib. 3.

Sed hęc materia poſſeſſorij iudicij in his rebus eccleſiæ, vel minoris vẽditis, vel alienatis, nõ ita leuiter eſſet attingenda, cũ valde præiudicialis ſit, & non momẽtaria, ſed perpetui fortè præiudicij in qua nõ leuiter peccetur, vt Celſus adoleſcens in. l. ſi ſeruũ Stichum, in. §. ſequitur. ff. de verbo. oblig. *eſſe quæſtionem de bono, & æquo, quo in genere plerunq; ſub authoritate iuris ſcientiæ pernitioſe inquit; erratur.* licet enim momẽtariæ poſſeſsionis quæſtiones, & leuiſsimæ in iure noſtro iudicentur, vt in. l. momentariæ, C. vnde vi, & ea ratione, vt in re parui momẽti in his poſſeſſorijs, appellationis effectus iure ciuili ſit impeditus, vt in. l. vni. C. ſi de momentar. poſſeſ. fuer. appell. adeo, vt minor vigintiquinque annis in poſſeſſorio iudicio tãquã de re leui etiã omiſſo curatore admittatur, vt in. l. ſi. C. qui legi perſ. habẽt ſtand. in iudi. ideoq; & leuiores probationes, (vt in re leui) præſumptiuę, vel ſemiplenæ, vel indicia ſufficiant, vt per Bart. in. l. 1. nu. 10. C. quorum bonorũ. & eund. Barto. in. l. 2. C. vbi in rem actio. in. §. ſin vero, vbi etiam Bal. quos ſequitur Frãc. de Aret. conſi. 66. nu. 10. de quo per Deci. conſi. 56. colu. 1. idem Deci. conſi. 663. & alij plures quos refert Hippoly. de Marſ. ſingul. 620. Curti. in. l. admonendi, num. 68. ff. de iure iuran. licet Alexand. male dicat commun. opi. in contrarium conſi. 139. nume. 14. lib. 6. conſil. allegando gloſſ. in. l. 1. quorum bono. C. quam dicit ſequi doctor: primò enim Bart. ibidem expreſſe dicit contrariũ eius, quod ibidẽ. Alexã. ſecũdò, quia gloſſ. in verbo. filium eſſe, verſic. tu dic. in qua ſe fundat Alexan. quæ dicit, tu dic, quod plenè probat, vult dicere, id eſt nõ ſummariè, vt in præcedenti articulo, vel gloſ. vt apertè ſen- *Cõtra Alexand.*

te ſentit,loquitur de legitimanda perſona, quæ etiam in poſſeſſorio debet plenè legitimari, vt ibidem dicitur expreſſè, & per gloſſ.& oēs in.l.2.C. de edict. Diui Adria. & probatur.ff.de nou. oper. nunciat. in.l. de pupillo iūcta.l.1.trad.Iaſ.in rubr.C.qui admit.ad bono.poſſ.plures refert Hyppo. in.l.ſi quis nec quæſtio. nu.5.ff. de quæſt. non tamen poſſeſſionis plena probatio requiritur,quia rei momentariæ eſt præiudicium,ideoque interdicta,& præambulum, & præludium petitorij iudicij erāt,vt in.§. retinendæ,inſt.de interdict.& poſſeſsio parum duratura dicebatur,quia cito per dominium debet auferri,vt in gloſſ.fin.in.l.3. in.§.fin.de vi,& vi arm.gloſ.& Bald.in.d. l.vni.C.ſi de moment.poſſ.Sed cum hodie eò deuentū ſit,vt iudicia ea poſſeſſoria non momentaria ſint,ſed longiora etiam iudicio proprietatis non in triennium tantum, vt iure ciuili ſtatutum erat, ſed in longius tempus protrahi ſoleant, non leuis cauſa poſſeſſorij ab aliquibus iudicatur. & verū eſt,vt per Rip.in.l.interdicto,pen.col. nu. 8.ff.quo.bonorum.& in cap.ſæpe. colu.2. extra de reſtit.ſpolia.poſt Abbat. & alios, quos ibi allegat, ideo ſapientiſsimè maiores noſtri,& nunc etiam eruditiſsimi Rotę auditores,ex quorum numero, licet eorū impar meritis,ego ſum,in ſupremo Palatij Sacri auditorio non ſine diſtinctione leuiores probationes in poſſeſſorijs admittunt, ſed alio modo in vno poſſeſſorio,quam in alio iudicant,licet re vera in omni poſſeſſorio hodie grauiſsimum præiudicium,& fere totius negotij ſumma verſetur,cum petitorij diffinitio ſoleat in lōgum protrahi, quamuis id omnibus diſpliceat maximè,litium natura,ne dicam calumniantiū, hoc malum parturiente,ſed huic medendo malo Sanctiſsimus Dominus noſter pro ſua pietate incumbit,& remedia generalia omnibus litibus per reformationem,& ſigillatim etiam, prout res expoſtulāt, adhibet, dum Sanctiſſ.reſcriptis ſuis ſępiſsimè,cum ita breuiter poteſt de veritate dominij conſtare poſſeſſoria iudicia relegat, & extinguit,in quo tantum abeſt,vt aliqui ex noſtris doctoribus, qui diſputāt, an Princeps poſsit in poſſeſſorio facere præiudiciū, ſint audiendi,vt aliquando,& ſæpiſsimè principem id debere facere nō ſit dubitandū.

Sed ad rem noſtram,& contractus rerū eccleſiæ & minorum reuertamur, in quibus defectum voluntatis ex omiſsione ſolennitatum adeſſe oſtendimus,ex quo nec poſſeſsio amiſſa eſſe videtur,cū id ſine animo fieri nō poſsit:quod ſi de facto amiſſa reperiatur eccleſia tanquam ſpoliata reſtituenda ſit. Sed non ita hoc ſimpliciter eſt admittendum,ſed quando nec ſolennitas, neque voluntas legitimi adminiſtratoris, in ipſa poſſeſsione tradenda,vel continuanda interuenerit.Si enim interueniat,poſſeſſoria remedia ceſſabūt veluti ſi Epiſcopus rerum eccleſiæ adminiſtrator, Abbas, vel parochus, vel pupilli tutor rem eccleſiæ, vel minoris ſine ſolennitate vēdant, vel in ſolennitate ſit aliquis defectus,licet cōtractus inualidus ſit,non tamen vt ſpoliata eccleſia agere poterit,quia ex contractu nullo transfertur poſſeſsio, ſi ad traditionem perueniatur, vt in.l.1.§.ſi vir vxori, de acquirend.poſſeſſ.nam, licet prædicti adminiſtratores non liberam habeant voluntatem quoad dominium, tamen quoad poſſeſsionem,ſi facto eorum eccleſia ceciderit à apoſſeſsione,non poterit tāquam ſpoliata in poſſeſſorio recuperandæ obtinere, nam hoc videmus in minore, cuius tutor alienare immobilia non poteſt,tamen,ſi id faciat,& poſſeſsionem transferat, eam pupillus,qui alias poſsidere ſolus deſinere nō poteſt,amittit.text.in.l.poſſeſsionem pupillus.ff.de acquirend.poſſeſ. vbi Vlpian. apertè hoc vult,qui fatuus eſſet,ſi de re cū decreto iudicis alienata loqueretur, ſicut etiam Marcellus in.l.pupillus.de acquirē. rer.domi. nec enim eſt bona conſequētia, titulus,& poſſeſsio eſt iniuſta,ergo,quia iniuſte amiſſa eſt, vt ſpoliato remedio recuperandæ eſt reſtituenda,nam iſtam conſequentiam deſtruit tex.qui ſupra dicta decidit in.l.ſi rerum.ff. de vi, & vi armat.vbi inquit

inquit Vlpian. *Si rerum tibi poſſeſsionem vi tradidero, dicit Pomponius, vnde vi interdictū ceſſare, quoniam non eſt vi deiectus, qui cōpulſus eſt in poſſeſsionem inducere*, & ita vides quòd qualis qualis volūtas etiā coacta ſufficit,vt facto ſuo quis à poſſeſsioe cecidiſſe videatur,& ſpolij remedia ceſſent,licet voluntas illa coacta,non ſit perfecta voluntas,nam vt voluit Ariſt.in lib.3. Ethicorū, cum coactus quis agit voluntaria,ac nō voluntaria dicenda eſt actio,& S.Thomas in 1.2.q.6.ad.3.in fine ſentit, quòd magis habet inuoluntarij actus per metum factus, de quo elegāt S.Ioan. Damaſcen. lib.2.orthodo.fide.cap.24.ſed ſecūdum varias ſpecies actus valet,vel non valet,vel eſt reuocandus:valet,nam in materia ſacramentorū,vbi actus eſt ita perfectus, vt imprimatur character ſufficit ille conſenſus,qui eſt in vi cōditionali, vt in cap.maiores.§. item quæritur,extra de baptiſmo:item vbi actº eſt ita per ſe malus, vt ei non debeat quis pro aliquo damno vitando,vel infamiam conſentire,vt in cap. ſacris de his,quæ vi, metus ve cauſa fiunt. in quo tamen circa communicationem cum excommunicato D. Thomas diſcrepat à Canoniſtis in quodlib.11.arti.9.licet ſit metus iuſta cauſa ad pœnam temperandam, vt per Tiraq. in tract.de temperan.pœ.cauſ.36.aliàs autem aliquando metus vitiat, vt eſt in actu, in quo nō imprimitur caracter:ſed ſi ſemel firmaretur, eſſet actus irreuocabilis. Ideò, ne ex imperfecto,& non voluntario conſenſu perficiatur, ex metu redditur nullus, vt in matrimonio cap.cum locum.extra de ſponſa.vel quādo actus de ſe eſt imperfectus,quia tūc,ſi metu fiat,penitus redditur nullus,vt in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.verſ.per vim,vbi iuramentum minoris per vim præſtitum, eſt nullum ipſo iure, quod ſi præſtitum eſſet à maiore per vim valeret,vt in cap. 2.extra de iure iura. licet debeat concedi abſolutio:in minore autem eſt nullus ipſo iure, quia conſenſus imperfectus ratione vis,vel metus concurrit cum alia imperfectione conſenſus,quæ ex minori ætate prouenit.

8 Ita etiam actus alieno nomine ex mune re officij per metum geſtus,eſt nullus ipſo iure. tex. eſt in.l.1.in.§.fi.ff.de autho.tuto. not.Deci.in.l.velle non creditur. nu.4.ff. de regul.iur.ſic etiam mandatum per vim conceſſum eſt nullum ipſo iure, vt inquit Hoſtienſ.in cap.Abbas, extra de his, quæ vi metuue cauſa fiunt, quem ibi ſequūtur doctores,& inter alios Abb. Panormitan. colum.penulti.ratio eſt, licet eam doctores non ponant, quia mandatum per ſe nō eſt actus perfectus, cum in eo finis negocij non conſiſtat, ſed ſit medium ad finem, ideò tanquam actus imperfectus vitiatur, ſi metus interueniat.tex.eſt notabil.in.l.2. ff.de iudi.ibi,*aut ſi cum reſtituiſſe, quinis ex litigatoribus, viribus præturæ compulſus eſt, nulla iuriſditio eſt.* *Noua ratio.*

Item etiam,eſt alia ratio,quàm doctores non conſiderant,quia in mandato eſt locus pœnitentiæ,vt in.l.ſi pater.ff.de manu vinct.& in.l.ſi pecuniā.§.1.ff. de condict. cauſa data,& ibi notatur,& poteſt reuocari expreſſè,vel tacitè,vt probatur in cap. quanuis,de procurato.lib.6.ſi ergo pœnitentia mandatum reuocatur, nonne multo magis pœnitentia præcedens, quæ in coacta voluntaae in eſt,impediet, ne mandatum ab initio ſubſiſtat? argumento tex. in.l.patre furioſo.ff. de his, quæ ſunt ſui, vel alieni iur.faciūt verba text.notabilis.l. penul.C.per quas perſo.nob. acqu.ibi,*quæ re non ab initio.* *Singularis ratio.*

Et ita erit notabilis opinio (licet docto. non ponāt)quòd contractus innominati, in quibus eſt locus pœnitentiæ, vt.l. ſi pecuniam.ff.de condictio.cauſ. dat.ſi vis,vel 9 metus interueniat,ſint ipſo iure nulli,quaſi pœnitentia in ipſo actu interueniēte,& prę ueniente ipſius actus perfectionem. *Noua opinio.*

Et licet non deſint,qui velint,nō ſolum in innominatis cōtractibus, verū & in nominatis locū eſſe pœnitētię,vt ſi incōtinenti,aliquem ex cōtrahentibus pœniteat,poſſet à contractu recedere,etiam altera parte inuita, vel ei nouas conditiones adijcere,

quod idé est, vt expresse voluit Soci. cõsil. 66. col. fi. vol. 1. consi. & Franci. de Ripa. in lib. 3. respõs. c. 1. & Reuerẽdissi. Episcop. Segobien. in. 1. libr. Variar. resolut. cap. 14. in princip. ex eo, quod. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ sub modo. dicit, *perfecta donatio conditiones postea non capit*, quasi velit, si non postea, sed incontinenti adijciantur, contra esse, tamen errãt apertè, quia quod ibi dicitur, postea debet interpretari, id est post perfectionem, etiam incontineni, vt lat. per Tiraquell. in. l. si vnquam in verbo & postea. C. de reuocãd. dona. cũ si id posset pœnitẽtia statim secuta, multo magis id posit ea, quæ prœcedit, & inest in cõtractibus per metũ initis, vt dictũ est: sed metus non reddit nullum regulariter contractũ, ergo dicta opinio non est vera, præterea contra opinionem prædictorum, sunt duę leges expressæ altera, in. l. quanuis. C. de transaction. vbi inquit lex *quanuis eum, qui pactus est statim pœniteat, transactio tamen rescindi, & lis instaurari non potest, & qui tibi suasit, infra certum tempus licere à transactione recedere, falsum asseuerauit.* Altera est in. l. nõ idcirco. C. de cõtrahen. emptio. ibi, *nec enim, licet incontinenti facta pœnitentiæ cõtestatio, consensu finita rescindi.* probatur etiã in dict. l. perfecta donatio. ibi *post aliquantulum temporis*, quod significat incõtinenti, vt patet ex supradictis legib. Ecce textus expressus, qui istam mutationé voluntatis incontinenti in contractibus nullius esse effectus ostendit, quod enim dici solet, quæ incontinenti fiunt inesse videri, eò pertinet, vt si vtriusque partis consensus accedat inesse videantur, quasi id, quod de nouo actũ est, in priori actu cõtineatur, non autem, vt vnius volũtas altero inuito rem perfectã possit immutare, ita glo. in. d. l. perfecta donatio, & ibi Bal. & Salic. ideò melius Bald. in cap. ex parte decani, nume. 33. de rescript. vult. quòd in actibus, in quibus non solet esse locus pœnitentiæ, etiam si statim pœnitentia superueniat, nihil officere actui semel absoluto. actus enim perfectus nullum requirit temporis interuallum, vt firmus: & irreuocabilis constituatur, vt patet ex his, quę dicuntur de contractu matrimonij in mortis articulo, & alijs similibus, vt infra dicemus. 3. parte. cap. 3. quia tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, vt in. l. obligationum ferè. in. §. placet. ff. de actio. & obligatio. ad quæ facit tex. notab. l. vxoris abortu. C. de posthum. hæredi. institu. *Vxoris abortu*, inquit lex, *testamentum mariti nõ solui posthumo vero preterito, quanuis natus illico decesserit, non restitui ruptum iuris euidentissimi est*, text. etiam in. l. quod certatim, eodem titul. ibi *sancimus, si viuus perfectè natus est, licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decesserit, nihilominus testamentum rumpi, hoc tantummodo requirendo, si viuus ad orbem totus processit*, licet Fulgos. in consi. quoddam & Hippoly. qui eum refert in singular. 106. in fin. contra illos tex. apertè, respondent temporis breuitate innitentes. facit tex. in. ll. cũ vxori. vbi notat. Bald. C. quando dies leg. ced. facit tex. notabil. cum ibi tradit. per Barto. in. l. fina. ff. de conditio. institutio. nam, vt inquit Bal. tempus est concomitãtia actuũ humanorum, non causa, & producere effectus attribuitur causis, non temporibus. ita Bald. in. l. vnic. colu. 3. C. quan. non peten. part. & ideò verum est, quòd in contractibus nominatis pœnitentia, vel mutatio voluntatis, etiam incõtinenti nihil operatur, in innomitatis vero, quandocunque licet pœnitere, & ideò, cum in metu pœnitentia insit, cõtractus innominatus vitiabitur ipso iure, si metu gestus fuerit. deniq́ue vbi actus de se est infirmus, & debilis, metu interueniẽte, nullus efficitur ipso iure. sic alienatio rei Ecclesiasticæ, si metus interueniat, ipso iure erit nulla, vt per Abb. in dicto cap. Abbas, & ita sicut voluntas coacta, & imperfecta sufficit ad amittendam possessionem, vt in allegata. l. si rerum. ita etiam voluntas imperfecta prælati, vel tutoris efficiet, vt amittatur possessio, cum facilius possessio, quàm dominium amittatur, vt in. l. quod meo. §. si furioso, vbi glos. alias

Cõtra Soci. et alios.

alias leges allegat. ff. de acquirend. possess. probatur in. l. 3. in. §. subtilius. ff. de condi. cau. data. & in. l. si aliquã rem, cum ibi not. ff. de acquiren. possess. & ita sentit Bart. in l. indebiti. §. sed si nummi. 1. notabil. ff. de conditio. indebit. & licet Bart. videatur dicere contrarium in. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquiren. possess. nu. 3. tamen intelligi debet, vbi nec tutoris, nec prælati legitimi voluntas interuenit. sent. Alber. in dicta. l. pupillus, de acquirend. rerum domini. & est glos. expressa, quã ibi not. Ioann. de Imol. penult. colu. in fin. in. l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsucapi. pro empto. vbi si pupillus authoritate tutoris rem immobilem alienet sine decreto, trãsferetur possessio, quæ alienari sine decreto poterit, quod etiã sequitur Alexand. in dict. §. si vir vxori, colum. fin. & idem dicendum erit in ecclesia.

Quòd autẽ hæc opinio, quòd ex contractu ita gesto sine solẽnitate possessio amittatur, vera sit, manifestè apparet, nam, si aliter diceretur, nunquam fieri posset, vt ecclesia possessionem sine dominio amitteret, cum si contractus est legitimè factus, vtrumque sequuta traditione vera trãsferatur, si vero in aliquo deficit, neutrũ transferri necesse sit. quòd maximè absurdum est, cum facilius possessio, vt dictum est, quàm dominium amittatur, & transferatur. Item cum præscriptio sine possessione ciuili procedere non possit, vt est tex. in. l. acquiritur. in. §. fi. ff. da acquirẽ. rer. domi. & in. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. de acquirend. possess. notat glo. fi. in. l. 1. C. de seru. fugiti. in fin. tex. in. §. idem placet Insti. per quas pers. nob. acquiri. quem not. Fab. in. §. de his. num. 3. cum sequent. eodem titu. & Dyn. in regul. sine possessione de regu. iur. lib. 6. latissimè Balb. in. l. Celsus. 2. part. nu. 10. ff. de vsucapio. & in tract. de præscript. 6. part. in. 3. illius parte. 1. quæst. num. 6. sequeretur, quod nunquam res Ecclesiæ prescribi potest, si enim possessionem ciuilem amittere non posset nisi cum dominio, ex contractu legitimè celebrato, consequentia esset manifesta, & tamen pia mater Ecclesia iure, quod alijs præscripsit, vt litium finis sit, & ne in incerto dominia sint rerum, vti vult, cum contra Ecclesiam præscriptiones admittat. Sequitur ergo, Ecclesiam possessionem ex contractu minus solenni amittere.

Nec his obstat tex. in. l. fina. C. de acquirend. possess. quia non loquitur in tutoribus, nec similibus administratoribus, quibus cum libera à lege administrandi datur facultas, licet ad Prælatum etiã illum text. doctores passim adducant, vt per Ioann. Andr. in cap. cum in officijs. colu. penult. extra de testa. & alibi sæpe, cum tamen in tutore contrariũ dictis legibus, sit statutũ, de quo de industria dicere omisit text. in dicta. l. fi. nã etiam hodie minor in possessione poset sine tutore sibi facere præiudicium, vt. C. qui legi. perso. habeant stand. in iud. in. l. fina. & supra dictũ est. sed quod peius est, & magis de doctoribus nostris maximè antiquis mirandum erit quòd inuenerunt quoddam remedium ad omnes
II iustos possessores spoliãdos, & inquietandos, quod remedium canonis reintegrandæ. 3. quæst. 1. appellant non solum Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis, sed & laicis, & pro rebus profanis, & non ad tempus, sed perpetuo eorum aliqui, quos rota aliquãdo fuit secuta, etiam post mille annos concedunt, in quo remedio sufficit me probare aliquando, vel prædecessores meos possedisse, vt possim rem à quocunq; iusto possessore bonæ fidei, & cum titulo, etiam si res vitio non sit affecta reali, vel ab alio auellere, etiam si ego malæ fidei possessor fuerim, dum tamen antiquior mea possessio, vel meorũ prædecessorũ sit quam possessio aduersarij, vt latè declarat Bartolo. Socin. per. 12. quæstiones in. l. rem. quæ nobis. ff. de acquirend. possessio. & Francisc. de Rip. in cap. sępe. extra de restitu. spolia. & nunc latissimè Iacob. Menoch. in tract. de remed. recuperãd. possess. remed. 15. vbi per plures colum. & Robert. Maran. de ordine iudiciorum. in. 4. part. 7. distinctio. nume. 50. quo fit, vt hoc remedio admis-

ſo omnes leges, & canones, qui de præſcriptionibus loquuntur, fruſtra membra nas occupent, quod abſurdum eſt, cum canones de præſcriptionib. loquẽtes ſint illi canoni poſteriores, maximè quia, ſi verba tex. cõſiderẽtur nihil minus ſignificãt, quã quod ſibi imponũt doct. inquit enim textus, *Reintegranda ſunt omnia ſpoliatis, vel eiectis Epiſcopis præſentialiter, ordinatione Pontificum, & in eo loco, vnde abſceſſerant funditus reuocanda quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias id eſt ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcũtur.* Ecce text⁹, ex quo tot mirabilia doctores colligunt, & tot hominibus tendiculas machinantur, primo enim textus ille nihil ſpeciale diſponit, ſed generalia quædã præcepta in eo ponuntur ſicut etiam in.l.iuſtitiæ.ff.de iuſt. vbi dicitur. *Iuris præcepta ſunt hæc, honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuũ vnicuique tribuere.* ex quo textu nemo dixerit præſcriptiones, & alia iuris remedia eſſe ſublata, nam generalia hæc ſunt, ideoq; nihil poſſunt in his, quæ ſpecialem habent conſtitutionem, vt in.l.doli clauſula, cum ſuis concordan. ff. de verb. obligatio. maximè quia ex iſtis interpretationibus non ſolum ſpecialia iura ſubuertuntur, & multa remedia poſtea inuenta reduntur inutilia, & ſuperflua, vt eſt remedium cap. ſæpe. de reſtitut. ſpolia. ſed apertiſsimè iniuſtitia fouetur, & inducitur prẽterea eſto quòd verba illius textus eã vim habeãt, vt ea ſola, nõ alij canones eſſent obſeruanda, nõne, quę doctores ex illo textu inferũt, verbis illius text⁹ aduerſantur? Tex. inquit *reintegrãda ſunt omnia ſpoliatis, vel eiectis Epiſcopis*, tex. de ſpoliatis, vel eiectis loquitur, doctores vero inquiũt his, qui aliquãdo etiã iniuſtè poſſederint, licet nõ ſint ſpoliati, vel eiecti fiat reſtitutio. at textus Epiſcopis, ipſi dicũt etiam non Epiſcopis, verum & laicis prædonibus, & iſto caſu, etiã ſi cum titulo poſſeſſor bonę fidei per centum annos poſſederit. Dicit vlterius textus *per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias ideſt ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur.* Doctores volunt etiamſi non noſcantur per iniuſtas cauſas perdidiſſe, ſed ſolum quòd aliquando etiam iniuſtè poſſederint, hoc ſufficere. hæ ſunt interpretatiões, quas docto res noſtri non vnus, aut alter, ſed omnes ferè noſtræ, & ſuperioris ætatis illi text. tradunt, quæ quàm iniquæ, & abſurdæ, & cõtra legum, & canonum mentem, & communem ſenſum hominum ſint, alij iudicabunt, cum text. ille nihil contineat, quod communibus regulis non compræhendatur, cum velit, quòd ſpoliatus, ſeu deiectus Epiſcopus ſit reſtituendus ad res proprias ſuas, vel Eccleſiæ quod verum erit etiam nullo ſpatio temporis obſtante, quia, cum violentia ſit vitium reale, & prædo ſit malæ fidei poſſeſſor impeditur iure communi præſcriptio, vt. §. furtiuæ cum alijs inſtitu. de vſucapio. quod ſi vis, vel vitium reale non fuerit illatum, & quis iuſto titulo, & bona fide poſſideat, cur præſcriptio ordinaria impediatur iure, vel ratione non video, nec tex. hoc cogitauit. Cũ ſolũ loquatur re affecta vitio reali, & in malè fidei poſſeſſore, quem nullius temporis meta defendit, vt in capit. final. de præſcription. etiam ſi ſit tanti temporis, vt hominum memoriam excedat, vt per Balb. de præſcriptio. ſecunda. part. 3. partis. 6. num. 20. ſi enim eſſet bonę fidei poſſeſſor etiam re vitio reali affecta procederet ſaltim longiſſimi temporis quadragenaria præſcriptio, vt in.l.1.§. ad hæc. C. de annali exceptio. & not. gloſſ. in.l. ſicut, in fine. C. de præſcriptio. 30. vel. 40. anno. nec verba generalia text. hoc impediunt, non enim veriſimile eſt vno verbo omnem præſcriptionũ materiam ſubuertere velle, ideo ſecundũ alios canones debet ille text. interprætari cum illa verba, *quacunq; conditione temporis*, non tollant legitimam præſcriptionem ſi bona fides, & alia requiſita concurrerent, vt in.l. fin. in fi. C. de edicti. diui Adri. tollen. vt dicit Paul. de Caſtr. conſil. 105. col. fin. lib. 1. in. 2. intellect. dict. cap. reintegranda, qui tamen alia ratione in primo intellectu voluit euadere verba text. vt non excludant præſcriptionem, queminquit doctiſsimus vir. Anton. Maſſa Gal. exercitatio. libr. 3. nume. 56. quia text. non dicit quacunque conditione temporis non obſtante, ſed *quacunque cõditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maior, & per quaſcũque iuſtas cauſas eccleſiæ, vel proprias, ideſt ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur.* & ita illa verba *quacunque conditione temporis* referuntur ad verbum *perdidiſſe noſcuntur*: ſed videamus verba ipſa Paul. de Caſt. quę hęc ſunt. Tertio principaliter dubitatur vtrum contra agentem ex illo canone poſsit obijci exceptio præſcriptionis? Dicunt quidã quod non, per illum text. dum dicit, *quacunq; conditione temporis, &c.* Sed mirandum eſt de illis: etſi dicere licet non intelligunt illum tex. qui ſic dicunt, non enim dicit tex. quacunque conditione temporis non obſtante teneatur reſtituere, vel quod debeat reintegrari poſſeſsio: tunc enim poſſet procedere quod illi dicunt, ſed vult dicere littera quod res deperditæ quacunque conditione temporis putà per negligentiam, vel captiuitatem, vel alio modo, &c. debeãt integrari illa enim verba *quacunque conditione temporis &c.* determinant verba *perdidiſſe noſcuntur*, quę ponuntur in fine, & ſic nihil facit ad propoſitum ille tex. Hæc tamẽ Pauli intelligentia licet ſit vera non euacuat tex. inductionem, quia etiam iſto modo intelligendo verba. tex. videntur excludere præſcriptionem, nam etſi quacunque conditione temporis perdidiſſe noſcantur ſunt reſtituendi, ergo ſiue ex conditione tẽporis breuis id contigerit ſiue longioris cum dicat quacunque conditione temporis. &c. & ita ſiue negligentia fuerit parua ſiue maxima neceſſario igitur debet intelligi text. quòd præſcriptio non obſtet re affecta vitio reali, vt text. loquitur, ſed vt dixi loquitur text. in fauorem bonæ fidei poſſeſſoris contra malè fidei poſſeſſorem & prædonem, & quòd autem ille textus in prædonis fauorem etiam intelligatur, vt prædo contra bonæ fidei poſſeſſorem reſtituatur, neſcio vnde colligi poſsit, niſi verba textus, quidem voluit dicere, quod dicit etiam Caius Papa in cap. Epiſcopis, & Fabianus Papa in cap. Epiſcopi eod. titul. manifeſtiſsimè corrumpãtur, & cum ſoleat in pari cauſa eſſe melior cõditio poſſidentis, vt eſt in regula iuris, & in dicta.l. ſi ſeruum Stichum. §. ſequitur. ff. de verbo. obligatio. vbi inquit Paulus. *Nam cum quæritur de damno, & par vtriuſque cauſa eſt, quare non potior ſit, qui tenet, quã qui perſequitur?* & ibi gloſſ. allegat. cõcordãtes, & eſt text. in.l.3. ff. de condictio. ob turp. cauſ. & in.l. 1. ff. de Saluia. interd. & in.l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod vi, aut clam. vbi gloſſ. allegat multas leges. tex. & gloſſ. in.l.2. C. de condictio. ob turp. cauſ. vbi concordã. & in.l. in pari, & in.l. cum par. ff. de regul. iur. *qualiſcunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quòd poſſeſſor eſt, plus iuris habet quam ille qui non poſſidet*, inquit Paul. in.l.2. ff. vti poſſidet. in ſpecie tamen propoſita non ſolum dicta regula vitiatur, verũ contraria ex diametro conſtituitur, vt potior ſit iniqui petitoris, & prædonis cauſa, quàm iuſto cum titulo, & bona fide poſſeſſoris, imò & domini, ſi legitima præſcriptione completa, & ridiculũ ſanè eſt dominium præſcriptione, vel vſucapione ſemel vero poſſeſſorem nulla poſſe præſcriptione repelli. Hæc volui tetigiſſe, licet aliquantulum videar ab inſtituto principali digreſſus, quia & poſſeſsionem bonorum Eccleſiæ reſpiciunt, & doctorũ dicta maximam continent iniquitatem, & ita optimè Innocen. in cap. cum ad ſedem. in num. 6. extra de reſtitu. ſpoli, & Franciſ. de Rip. in dict. cap. ſæpe, eodem tit. nu. 20. tenẽt dict. cap. reintegrãda nihil noui induce re, nã ſi illius tex. verba eſſent ſcrupuloſè ponderãda dici poſſet dominij probationem eſſe neceſſariã, cũ text. dicat proprias, ideſt ſuas ſuſtãtias perdidiſſe noſcũtur, nec hęc interpretatio eſſet aliena à verbis text. ſicut illæ ſunt, quas fingunt doctores: ſed vt dixi verius eſt, illum tex. nihil inducere, quòd à communi iure exorbitet: nec putet quis Eccleſiam grauari in rebus ſuis malè

De intellect. ca. reintegranda. contra doctores.

alienatis recuperandis, quòd his remedijs poſſeſſorijs ſublatis, dificilè ſit probare dominium, quia reſpondeo, quòd ille, qui ab Eccleſia titulum habet, vel eius ſucceſſor, non poterit Eccleſiam probatione dominij onerare, etiam ſi Eccleſia rei vendicatione ageret, vt dicit optimè Paul. de Caſt. in.l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtitut. nu.6.& Nicola. Boer. deciſsio. 42.num.7. ſed quia hæc opin.licet ſit vera eſt controuerſa, alijs remedijs, erit ſuccurſum, ideo omiſſa rei vẽdicatione ſufficiet probare rem malè alienatam ſine aliqua probatione dominij, vt in.c.Epiſcopi vbi notat Imol.nu. 4.& Abb.2.notabil.num.1.de reb.Eccleſ. non alien.& hoc remediũ erit in rem ſcriptum, cum canones antiqui.cap.ſiue exceptione,& extrauagantes de reb. Eccleſi.in rem loquantur, ideo ſequẽtur quencunq; poſſeſſorem ſicut de reſtitutione in integrum dicimus in.l.in cauſę.§.interdum.ff. de minor. & de alijs reciſſorijs remedijs, vt in.l.metum.3.in.§.fi.ff.quod met.cauſ. & in.l.3.vbi gloſſ. notat. C. eodem titulo. Alioquin deterioris conditionis eſſet minor, vel Eccleſia in recuperanda re, exiſtente contractu nullo,& ſine ſolennitate, quã vbi valido exiſtente contractu peteret in integrum reſtitutionem, quòd eſſet ſine ratione, nec ſolum in ſubſidium, ſed & principaliter agere contra quemcunque poſſeſſorem poteſt: quia quod in dicto.§. interdum dicitur quòd in ſubſidiũ, tertius poſſeſſor conueniri poteſt, nõ aliàs verum eſt, niſi intereſt minoris, vel Eccleſiæ rẽ ipſam habere: vt colligitur ex gloſſ. ibidem verb. vendiderit.& verb. faciendam, ſemper autem intereſt Eccleſię, rem ſine ſolennitate alienatam recuperare, cum ex hoc acto ſibi detur non vt pretium recuperet quod habuit, ideo hæc remedia ad rem ipſam nõ ad pretium ſunt inuenta, vt patet. Alio etiã remedio Eccleſia eſt ſecura, cum Eccleſia condictione indebiti, vel ſine cauſa agens in vtili exiſtente cõtractu poſſit poſſeſſionem auocare, licet condictio poſſeſſorium remedium non ſit. vt in.l. indebiti ſolut.in §.ſed & ſi nummi.ff.de condictio. indebi. & in.l.1.in fine.ff.de condictio. ſine cauſa. vbi inquit Vlpan. *conſtat id demum poſſe condici alicui, quod vel ex non iuſta cauſa ad eum peruenit, vel redit ad non iuſtam cauſam.* ecce remedium breue, & facilè, quo probata mala alienatione rem ſuam Eccleſia, vel minor ſine probatione dominij poterit recuperare, neque ob id, aliqua regula iuris violabitur, quod in priuatis etiam locum habere poterit, iniquo illo remedio à doctoribus noſtris inuento penitus eliminato, quod ſi illud remedium paſsim admitteretur, nullum regnum, vel imperium eſſe ſecurum, nulluſque rerum ſtatus conſtitui poſſet,& dominia in incerto ſemper vagarentur contra legum prouidas ſanctiones.ff.de vſucapio.l.1.& dum nimium iuſti eſſe doctores volunt, plurimi iniuſtiſsimè ſpoliarentur,& iurgia,& lites, quæ Reipu. mala ſunt,& ſocietati ciuili maximè cõtrariæ, vt inquit Ariſto.in Politicis innumera excitarentur, vt veriſsimum ſit quod Cicero.1.lib.De legibus inquit. potius ignoratio iuris litigioſa eſt, quam ſciẽtia. Et notandum eſt quòd hæc remedia condictionis indebiti, vel ſine cauſa (omiſſa triticaria conditione, quæ non ita vtilis eſt) licet poſſeſſionem auocent, vt volunt gloſ. in prin. Inſtitut. de interdict.& in rubric.ff.eodem titul. nec in eis de iure dominij quæratur, non tamen ſunt remedia poſſeſſoria, cum apta ſint per ſe & dominium recuperare, ſi amiſſum eſt: imò ſunt ad hoc inducta, & iure ciuili inuenta, vt in.§. ſic itaq; inſtitu. de actio. facit tex. in.l.fi.ff. vſusfruct. quẽadmodũ caueatur. ſed ex accidenti dantur ad poſſeſſionem, vel quando non Dominus erat, qui indebitè ſoluit, vel ſolam poſſeſſionem nulla habita ratione dominij, velit auocare, ſi poſsidens rem alienam eſſe, nec illius, à quo illam habuit, fuiſſe prætendat. ſicut & actio ex empto ad poſſeſſionẽ aliquando ſolum prodeſt, vt.ff.de acquirẽ. poſſeſſio.in.l.ſi aliquam rem, nullus tamẽ dixerit actionem ex empto remedium eſſe poſſeſſorium, poſſeſſionem enim ſolum reſpicit per accidens, & ex defectu ſubiecti, non ex propria natura. ſic de dictis conditionibus indebiti, & ſine cauſa dicendum eſt, vt remedia poſſeſſoria non ſint, licet ali quando ſolam aduocent poſſeſſionẽ, licet Menoch. in ſuo tracta. de remed. poſſe. inter remedia poſſeſſoria illa annumerauerit, quòd ſi ea ratione fecit, quòd ſolam poſſeſſionem auocent, & ex empto actionem nõ ſolum in ſpecie dictæ.l.ſi aliquam rem, ſed ſemper, cum ea tradendum agatur vt. ff. de actio. empt.in.l. ex empto. vbi inquit Vlpian. *& imprimis ipſam rem præſtare venditorem oportet, ideſt tradere,* cũ alijs concordan. inter poſſeſſoria remedia debebat annumerare. Quinimo, & omnia iudicia proprietatis, & rei vẽdicatio ipſa, cũ poſſeſsionem nudam aduocet, eadem ratione diceretur poſſeſſorium remedium, & ab eo inter poſſeſſoria potuit connumerari, vt. ff. de rei vendic.in.l.qui reſtituere. & actio ex ſtipulatu diceretur remedium poſſeſſoriũ, ſi poſſeſsio promiſſa eſſet, quod nullus iuris non penitus ignarus dixerit. nõ ergo illa dicuntur poſſeſſoria remedia, quæ poſſeſſionem aduocant, omnia enim iuris remedia hoc faciunt, & huc tendunt, ſed vel illa, quæ ex interdictis oriũtur, vel quæ ad proprietatis iudicium præordinantur, vel natura ipſa proprietatis iudiciũ expectant, & quibus ſolũ de poſſeſsione cõtendi poteſt, vt inſt. de Interdict. in prin. &. §. retinẽdæ, verſi. nam quæ niſi ante, ſed per condictiones ex ipſarum natura, dominum recuperatur, quod etiam in actione ex empto, quando vẽditor dominus eſt, contingit licet ex accidenti ſolam poſſeſsionem reſpiciat, vt quando poſſeſsio ſola vẽdita eſt, vt in dict. l.ſi aliquam rem, quod non ſatis intellexit Menoch. quinimo vtilius eſt his remedijs non poſſeſſorijs Eccleſiam, vel minorem poſſeſsionem repetere, cũ poſsit cum his, & reſtitutionẽ in integrũ cumulare diſiunctiuè, ſcilicet, vt dicat. Peto rem nullo iure, & ſine ſolennitate alienatam, & ſi ritè alienatam fuiſſe apparuerit, tanquã læſa in ven ditione peto reſtitutionẽ in integrũ, vt doceat tex. in cap. conſtitutus. de in integrum reſtitu. vbi tex. inquit, *quo circa mandamus, quatenus ſi præmiſſa inueneritis veritate ſubnixa, vel venditionem prædictã quoad partem eos ex ſucceſsione materna ipſos cõtingẽtem, nullã nuntiare curetis, ſi in ea debita iuris ſolennitas eſt omiſſa, vel ſi forſitam interuenerit, & eos læſos eſſe conſtiterit, tàm ſuper ea, quàm ſuper reſidua portione, dum tamen quod offerunt, duxerint faciẽdum, authoritate noſtra in integrum reſtituere ſtudeatis* & licet iuris ſubtilitate id fortè fieri non poſsit, cum ea remedia contraria quodammodo ſint, tamen ius canonicum iſtas ſubtilitates nõ cõſiderat, ſed ita agere permittit, ideo ſi alterũ horum verũ ſit, agens ex eo capite, in quo probabit, obtinebit. quinimo, & doctores iuris ciuilis dictum rigorem ſæpe temperant, dum admittunt condemnatum ita poſſe experiri, dico ſententiã eſſe nullam, & ſi qua ſit, appelo, vt dicit gloſ. in.l.1. C. quãdo prouoc. non eſt neceſſ. de quo per Bartolum in.l.ſi expreſsim.ff. de appellationi. recẽtior. in.c. dilecto. de appella. ea autem remedia contraria eſſe dubium nõ eſt, vt in.l.3.§. falſus. ff. rẽ rat. habe. facit gloſ. in.l. penultima. C. loca. gloſſ. in.l. qui de in officioſo. ff. de inofficioſ. teſtamẽto, nec vis eſt in hoc, quod hæc remedia, cõditionaliter proponantur, licet doctores prædicti id ſentiant, & Bartolus, qui ita intelligit dictũ cap. conſtitutus. in.l. carmelia pia. ff. de iur. patro. & in.l. Papinianus in.§. ſi quis irritũ. ff. de in offic. teſtament. & Ioann. Fabr. in.§. ſunt autem de bonorum poſſeſsionib. & Paulus de Caſtro in.l. venditioni. C. de vſucapion. pro empto. & idem Paulus de Caſtr. conſil. 65. num.2. volu.1. Iaſ. num.32. in.l. edita actio. C. de eden. qui tamen ſubſentit non eſſe tutam dictam opinionem, quam ego credo eſſe falſam, cum magis incertus ſit libellus condictionem, quam alternationem continens, item, quia idem eſt, ſi ſimpliciter hoc modo proponatur, dico de nullitate, & appello, vel cõdictione adiecta, cum ratione neceſsitatis id lex ita ſemper interpretetur, vt alterum in ſubſidium alterius proponi videa-

Contra Menoch.

Cõtra Bar to. & alios nouã opi.

videatur,vt in.l.gallus.in.§.quidam rectè. ff.de libe.& poſthum.& fac. doctri.Bart. in hac materia libelli in.l. Si pecuniam in princi.2.colum.in num.10.ff.de cõdictio. cauſ.dat.quinimo ſi præpoſterè dicta remedia proponerentur appello,& de nullitate dico,vel peto reſtitutionẽ in integrũ, & contractum nullum declarari, ſuſtinere tur dicta conceptio libelli,vt id præcedere intelligatur,quod opus eſt precedat, argu. tex.in.l.cum in teſtamento.§.hæc verb.ff. de hæredi.inſtituen.& eſt expreſſum, in.l. quidam in teſtamento.ff. de peculio.lega. vbi inquit Alphenus. *Reſpõdi in coniunctionibus nullum ordinem eſſe,neque quicquam intereſſe,vtrum eorum primũ diceretur, aut ſcriberetur.* Et ideo licet quis debeat abſolui priûs ab excomunicatione quàm à peccatis(incapax enim eſt abſolutionis ſacramẽ talis excõmunicatus) ſi tamẽ inſimul fiat vel etiam è cõuerſo ordine valebit abſolutio,& facit tex.in.l.ſi quis ita teſtatus ſit.ff. de hæredi. inſtitu. & in.l.in his vero,in.§. fina. cum. l. ſequent.ff. de ſolutioni. text. etiam in.l.2.in.§.prius,verſic.ſed ſi quis.ff. de vulg.& pupilla.ibi,*licet conuerſa ſcriptura,nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris,ac voluntatis,* inquit Papinian. in.l. cum pater,in.§.fidei tuæ.ff.delegat.2.& ita veriùs eſt,quòd iure canonico ſubtilitates hępernitioſæ attẽdi non debent, vt ſentit Io. And.in cap.quærelam de elect.ſupra gloſ. 2.colum.fina.ibi,ſalua æquitate iuris canonici poſt Hoſtienſ.licet ipſi diſtinguãt: ſed ego verius puto ſine diſtinctione id admittendum,cum omne ius & deduci poſsit,& deductũ videatur, vt in cap. Abbate ſanè, de re iudica. libr. 6. & ita admittitur prædictus modus agendi,vel condictione expreſſéa dicta,vel non adiecta, vel etiam ſi inuerſo ordine libellus eſſet conceptus,vt formulæ illæ antiquæ prorſus exploſæ videantur.Nam de rigore iuris ciuilis verius eſt dictos modos agendi non eſſe admittẽdos,cum libellus generalis, vel ambiguus, vel alternatiuus nõ admittatur,parte oppoñte,vt omnes doctor.volũt in dict.l.edita actio.C.de eden.niſi vbi ambiguitas,vel in certitudo ex facto aduerſarij oriatur,vt in l.1. §. quia autẽ.ff.quorũ legatorum,& latè Deci.nu.75.cum ſequent. in dict.l. edita actio.C.de eden.& idem Deci.in.l. nemo ex his.§.quoties.ff.de regul.iur.vel ex alia iuſta cauſa,vt vult Fab.in.§.ſi res aliena.ante num.2.inſtit. de lega.poſt Hoſtienſ.& Ioan.And.in dict.cap.querellã.de electio. & eſt communis opinio ſecũdùm Claud. de Saiſelo.col.10.in dict.l.edita actio,quæ omnia ſunt valdè notanda,ad præcidẽdas cauillationes eorum,qui ijs nugis iudiciorum curſus,nullitatibus,&tricis ſæpiſsimè impediunt:ſed de his ſatis,alibi forſan hæc latiùs proſequemur.

Ex ſupradictis exiſtimo ſatis eſſe declaratum,qualis eſſet natura bonorum Eccleſiaſticorum initio naſcẽtis Eccleſiæ,& qualiter Appoſtoli eſſent aſtricti paupertati, vel ex proprio voto,vel ex Chriſti præcepto,tam eo tempore, quo erant diſcipuli, quam poſteaquam effecti fuerũt magiſtri, & quatenus per promotionem ad epiſcopatum ea obligatione liberentur,qui antea paupertatis votum emiſerant, & quale ſit id dominiũ, quod paupertatis voto impeditur:explicatum eſt etiam apud quem ſit dominium rerum eccleſiaſticarũ,an apud pauperes,vel Chriſtum, Eccleſiam, Pontificem, vel clericos:viſum etiam eſt harum rerũ alienationem prohibitam eſſe,niſi neceſsitatis, vel vtilitatis cauſa adhibitis ſolẽnitatibus fiat,& quòd ſi contractus ſine ſolennitate fiãt, inualidi ſunt,etiamſi maximè vtiles eſſent Eccleſiæ, idemque eſſe in minore, licet teneantur hi quatenus locupletiores fuerint effecti, lateque etiam ſumus interpretati .l. cum hi.§. eam tranſactionem.ff.de tranſactioni.&.l. non ideo minus.C.de procurato.& quomodo fauore Eccleſiæ, vel minoris contractus poſſint claudicare, ſitque in eorum optione ſtare, vel non ſtare, contractibus non ſolenniter celebratis, & vtrum ex his contractibus poſſeſsio minoris, vel Eccleſiæ amittatur,& qualiter talis poſſeſsio ex remedio

medio canonis,reintegrandæ,vel alijs iuris remedijs recũperetur, quibus circa dominium, & poſſeſsionem bonorum eccleſiaſticorum breuiter expeditis,ne argumenti noſtri obliti videamur,ſequitur,vt de fructibus horum eccleſiaſticorum bonorum, ſeu redditibus diſſeramus, quos fructus eiuſdem rationis cum proprietate eſſe apparet. Nam, vt ſupra dictum eſt, cum ab initio naſcentis Eccleſiæ omnia, quæ ſibi offerebantur in pecunias redacta, in pauperes, & opera pietatis Eccleſia diſtribueret,poſteaque reſeruare poſſeſsiones melius vſum eſſet,in eoſdẽmet vſus redditus earum deſtinauit, in quos proprietas antea erogabatur, vt in capit. videntes,&c. futuram.12.quæſtio.1.&.12.quæſtio.2.per plures canones. cum verò vſus præſentis temporis ab illo antiquo vſu nimium degenerauerit, orta eſt quæſtionis materia, quæ libello noſtro de redditibus Eccleſiaſtis dedit argumentum,cui proprius accedamus, explicemusque propoſitam à nobis iam ante quæſtionem,videlicet.

Vtrùm clerici ea, quæ ſibi ſuperſunt ex redditibus Eccleſiaſticis in pauperes,& alios pios vſus erogare teneantur, ex lege iuſtitiæ,vel ſolum ex lege miſericordiæ,vel charitatis,& quãdo has leges,vel earum alteram tranſgrediantur.

Qua in re doctorum varietatẽ diuerſaſq; ſententias,ſequẽs particula demõſtrabit. An autem hoc verbo redditus authores Latini vtantur,ſit ve ſcribẽdum duplici vel ſimplici.d. ex Ouidio,& Martiali docet And. Tiraquel.in tract.de retracta.cõſanguinita.§.1.in gloſſ.6.in princi.Perotus in Cornucopiã duplici.d.ſcribendum cenſet à verbo reddo,& eodem modo vſurpant Varro,Terentius,Plinius,& Plautus, Martialis.lib.2.Epigrama,ad Linum.

Quis mihi reddat ager,quæris,Line,Nomentanus:
Hoc mihi reddit ager: te,Line, non video.

Sed nos hoc integrum Typographis relinquimus, vt arbitrio ſuo. d. vel auferant, vel addijciant, dummodo in alijs tranſcribendis bona fide verſentur.

Finis primæ partis.

De redditibus Eccleſiaſticis.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS, Pars ſecunda.

¶ In qua variæ Doctorum enumerantur opiniones, quæ infra in. 3. & .4. particulis examinantur.

¶ *Summarium ex Cap. I.*

1 *Clerici ſolum poſſunt aſſumere ſibi neceſſaria ex Redditibus Eccleſiaſticis, ſecũdum opinionem Archidiaconi.*
2 *Non eſſe conſtituendam differentiam inter redditus beneficiorum habentium adminiſtrationem, & eorum, quæ nõ habent, cenſet Archidia.*
3 *Si clericus redditibus Eccleſiaſticis abutatur ad reſtitutionem tenetur.*
4 *Opinio Archidiaconi eſt communis.*

CAPVT PRIMVM.

Quæ ſit opinio Archidiaconi, & qui eius ſententiã probent.

De iſta opi. Archid. diſputatur infrà in. 3. parte in princ. cap. 1. 2. 3. 4. & .5. & .4. parte in cap. 1.

IN iſta quæſtione, vtrum clerici de fructibus, ſeu redditibus Eccleſiaſticis poſsint liberè diſponere tanquam eorum domini, vel potius ſolum ſibi neceſſaria poſsint aſſumere, fuerunt variæ ſcriptorum ſententiæ, quas ſigillatim referemus, nam Archidiaco. (qui magnæ eſt apud noſtros au-
1 thoritatis) in ea ſemper fuit opinione, vt clerici de redditibus Eccleſiaſticis, & fructibus beneficiorum ſolum poſsint aſſumere, quæ ſibi, & his, qui ſibi ſeruiunt, ſint neceſſaria, quòd tales redditus ſecundùm veritatem non proprij, ſed communes ſint, id eſt pauperibus erogandi, vel in vtilitatem Eccleſię expendendi, ſi ſibi ſuperſunt, „
qui etiam ſubiungit. Bene tamen cõfiteor, „
quod clerici talium fructuum percepto- „
rum ſunt domini, & habent eorum pro- „
prietatem quãtum ad fidelem, & debitam „
2 diſpenſationem faciendam &c. Et etiam „
dicit, quòd, ſi aliter fecerint, furtum faciũt, nullamque eſſe conſtituendam differentiam inter ſimplicem beneficiatũ, vel prælatum, ſeu aliàs habentem adminiſtrationem, & eſſe hæreticum in iure, facere iſtã diſtinctionem. ita Archidiacon. in capit. ſtatutum. §. aſſeſſorem, colum. penulti. de reſcript. lib. 6. qui allegat ad hoc Brixien. 12. quæſt. 4. cap. 1. idem Archidia. in princip. 44. diſtinctio. & in cap. ſi Epiſcopus. 12. quæſtio. 1. vbi apertè dicit, clericũ,
3 qui his fructibus aliter vtitur, furtum committere, & ſacrilegium, & ad reſtituſtionẽ teneri, quod refert, & ſequitur Alberic. in dictionario ſuo in verbo clericus, idem ſenſit Innocent. in capit. indecorum. extra de ætate, & qualita. huius ſententiæ fuerunt omnes gloſſæ, quæ beneficiatum vſuariũ tantum efficiunt, gloſſ. in cap. fin. de pecul. clerico. & in capit. quia nos de teſtament. Bald. in. l. 2. C. de Epiſcop. & cleric. & alijs locis per recentiores allegatis, & cum iſta opinione tranſit Ioan, Andr. in nouel. in. c. prẽſenti de offi. ordinarij lib. 6. licet in glo. aliter dixerit, eandẽ ſententiã tenuit Archidiaconi diſcipulus. Aluar. Pelag. Hiſpañ. de planctu Eccleſię lib. 2. in cap. 28. vbi per ſex

ſex poſteriores colũnas defendit iſtam par „
tem, & dicit. Fateor benè quod durus eſt „
iſte ſermo, & multos ſcandalizat, nihilomi „
nus verus eſt. Eãdem opinionẽ tenet Ioan. de Lignã. Clem. gratiæ de reſcript. Anton. de But. in cap. fin. nu. 17. poſt med. de cau. poſſ. & propri. vbi relata opinione Innoc. & Archid. dicit. Cõcludo igitur ſequendo iſtud, quòd ſecundũ oẽs, clericus nõ habet „
propriũ vlumfructũ, nec propriũ vſum in „
bonis Eccleſiæ, licet aliqui dicãt, quòd eis „
equipolleẽt, ſed tene, quod habet ius tantũ- „
modo adminiſtrãdi, tã in diſtribuẽdo in ne „
ceſsitatibus ſuis, quã Eccleſiæ & pauperũ. „
Abb. Panormit. in. c. cũ ſecundũ, de prębẽ. „
in primo not. & in repeti. in cap. cũ eſſes. de „
teſta. num. 21. qui ibidem latiſsimè defen- „
dit iſtam partem idem Abb. in cap. repræ- „
henſibilis. colu. fin. num. 18. de appellatio. qui idem ſentit in cap. 1. de Eccleſijs ædifican. & iſtam partem de iure dicit veriorem Imol. in cap. fin. colu. fin. de peculio cleric. & in cap. relatũ. nu. 15. de teſtam. hanc opinionem tenet Anchar. & Domi. in dict. c. præſenti. & Franc. Peruſi. in rubr. de teſta. lib. 6. nu. 18. ſentit, Roma. in conſi. 159. col. fina. Ancharra. conſil. 116. nu. 3. & eſt opin. magis cõmuniter recepta ſecundum Iaſo. conſi. 75. volu. 2. quod etiam colligitur ex Deci. qui eãdem opinionem ſequitur in. c. Epiſcopus de præben. Bartholo. Socin. in conſi. 32. nu. 2. volu. 1. & Petrus de Vbal. in tracta. de ſucceſsio. ab in teſta. in parte. fin. nu. 19. in med. & Stepha. Beltrand. in conſi. 258. in. 2. parte, & in conſi. 21. volu. 3. Barba. qui ſatis confuſé (vt ſolet) hoc tractat. in cap. fina. de pecul. clerico, & Felin. in cap. poſtulaſti. de reſcript. nume. 6. Silueſt. in ſumma in verbo clericus. 4. & iſta opinio
4 ſine controuerſia eſt cõmunis circumſcripta conſuetudine, de qua infra dicemus, vt patet ex relatis à D. Didaco de Couarrub. Reuer. & digniſsimo Epiſcopo Segobien. licet ipſe iſtam partem nõ ſequatur in cap. cum in officijs, nu. 3. de teſtamen. & iſtam opinionẽ defendit D. Martinus de Azpilcueta Nauarrus, vir & vitæ innocentia, & eruditione venerandus, in ſuo manuali doctiſsimo confeſ. in cap. 25. nu. 126. & idem nouiſsimè in ſpeciali huius argumenti tractatu de redditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum in. 2. quæſt. qui allegat plures doctores tenentes iſtam ſententiã, tam Theologos, quam canoniſtas, & inter alios Ioã. Maior. in. 4. ſentẽtiarum diſtinctione. 24. quæſt. 17. colum. 7. dicentem, nullum doctorem, qui ante eum mortuus fuiſſet, contrariam ſententiam tenuiſſe, & licet ipſe D. Martinus Azpilc. ſolum ei opponat Card. Zaba. ſunt tamen plures: qui fuerunt diuerſæ ſententiæ, vt ex ijs, quæ infra dicemus apparebit, imò & ipſe diuus Thom. qui pro iſta parte allegatur in cõtraria fuit ſententia, licet D. Martinus Nauarr. Beati Thomæ alioquin obſeruantiſsimus contendat, ſanctum doctorem huius ſemper fuiſſe mentis, quod etiam R. P. F. Petrus de Soto vir pius admodum ordin. ſancti Dominici in lib. de inſtitut. ſacerd. 2. parte de vita ſacerdot. lectio. 3. titu. de boni. Eccleſ. & eorum vſu, qui etiam tenet opinionem Archidi. affirmat ſubdens hæc verba. primo omnium conſtat ex decurſu totius Eccleſiæ ab Apoſtolis, & ipſo iure diuino bona omnium Eccleſiarum, cum Chriſti ſint, „
merito etiam pauperum eſſe, nec vlla ratio „
ne, aut poteſtate humana fieri poſſe, vt licitè in alios vſus quam eccleſiaſticos, & pau „
perũ expẽdi poſsint, & infrà, & cõtrarium „
credimus errorem eſſe grauiſsimum ſaltim „
contra bonos mores, & iuſtitiam, & quid „
ni etiam contra ſcripturam? Hæc ſunt ver- „
ba & opi. d. patris, qui pro iſta parte allegat S. Thomã: cum tamẽ beatus Thomas apertè cõtrariũ aſſerat, vt infra oſtẽdemus.

¶ *Summarium ex. Cap. II.*

1 *Clericus abutens redditibus beneficiorum nõ peccat cõtra legem iuſtitiæ, ſed eodem modo, quo ſi abuteretur bonis patrimonialib⁹,*
2 *Intellect⁹ d. Nauarri ad verba beati Thom.*
3 *Laici peccant, ſi ſuperflua non erogent pauperibus.*

CAP.

De redditibus Eccleſiaſticis.

CAPVT. II.

De opinione S. Thomæ, quæ Archi. opinioni eſt contraria, licet aliqui cenſeant idem voluiſſe D. Thomã. & Archidi.

De iſta opin. diſputatur latè in. 4. parte huius tractatus, c. 1. cum ſequent.

1 SEcunda fuit opinio, cuius imprimis exiſtimo beatum Thomam eſſe aſſertorem, præcedẽti ſententiæ ex diametro contrariã, clericos, etiam Epiſcopos fructus beneficiorum ſuorum menſæ ſuę aſsignatos, ita proprios efficere, vt de eis eo modo diſponere, quo de bonis patrimonialib⁹ poſſint, & in eorum abuſu non contra legem iuſtitiæ, ſed contra legem miſericordię peccare. Quo fit, vt ad reſtitutionem malè expenſorum nunquam teneantur, eiuſdemque rationis hos redditus eſſe, eadẽq; lege cenſeri, qua bona propria ſecularia iudicãtur. iſtius opinionis exiſtimo fuiſſe D. Thomam, vt infra latius probauimus, in. 2. 2. q. 185. arti. 7. & in quodlibet. 6. artic. 12. prout etiam intellexit eum Caietan. ad iſtam ſententiam allegãtur gloſſæ, quæ beneficiatos vſufructuarios appellant, gloſ. in cap. 3. de probat. & in. c. poſſeſsiones de rebus Eccl. non alienandis, & aliæ plures ſimiles, quæ allegantur per doctores, ſed certè gloſſę ad hoc allegari non poſſunt, quia ad alios effectus clericos vſufructuarios appellant, nõ vt liberè fructus conſumere poſsint, cum eædem gloſæ eos vſuarios conſtituant, cũ de poteſtate diſponẽdi de fructibus agant, imò inter antiquos canoniſtas nullus ferè eſt, qui hanc opinionem ſequatur, ex rẽcentioribus autem eam tenet Egi. de Bellamera vbi latiſsimè tractat iſtud argumentum in cap. cum venerabilis. de exceptio. num. 46. &. 47. qui putat huius opinionis fuiſſe Henric. in cap. peruenit extra de fideiuſſ. & in cap. 1. de peculio. clerico. magnificiens, quòd Hẽricus, qui nõ fuit prælatus teneat iſtã opinionẽ, quę maximè Prę̃latis fauet, ſed nõ ita clarè hoc aſſerit Henricus potius poteſt ei⁹ ſentẽtia trahi ad opinionẽ Cardi. Zabar. de qua in ſequenti cõcluſione, licet idemmet Cardin. Zaba. (adeo in hac re doctores noſtri ſibi malè conſtant) in. c. fin. de pecul. clerico. teneat iſtam partem, ponit enim hæc verba. Vnde etiam in foro cõ ſciẽtiæ videtur tutè poſſe beneficiatos elargiri de fructibus beneficij, dummodo per hoc non dimittant hoſpitalitatem, & eleemoſynas cõcedentes, & alia, ad quę de iure tenentur, quod etiam ibi expreſſẽ Ioan. de Imol. in fi. col. tenet, iſtã opinionem ſequitur Card. Turrecre. ita intelligens S. Thomam in cano. ſi priuatũ. 12. q. 1. & in. c. nulli. nu. 8. 12. q. 5. in quibus locis latè tractat iſtã materiã, iſtius ſentẽtię fuit Adria. in. 4. ſententiarũ in materia de reſtitutio. q. 15. & nouiſsimè R. P. frater Domi. de Soto alius ab illo R. Petro de Soto, quẽ pro contraria opin. ſupra allegabim⁹, licet vterq; de Soto appelletur, & vterq; doctus ac pius, qui ordinis fuerũt S. Dñici, ſed ille appellatur Petr⁹, hic autem Dñicus, qui iſtã partem doctiſsimè defendit in li. 10 de Iuſt. & iur. q. 4. art. 3. vbi tenet poſt diuiſionem factam, de qua in cano. vobis, & in cano. quatuor. & in cano. de redditibus. 12. q. 1. fruct⁹ illius partis, quæ clerico contingit, & eadẽ ratione poſt erectionem beneficiorum fructus eorũ ita liberè ſibi cedere, vt poſsit de eis ſicut de bonis proprij patrimonij diſponere. & iſtã ſentẽtiã videtur ſequi. R. Epiſc. Segobiẽ. in d. c. cũ in officijs. nu. 3. de teſtam. licet eius verba inclinare videãtur in opinionẽ Card. quã in ſequenti opinione ponemus: ſed ex allegatis per ipſum magis colligitur, ſecutũ fuiſſe iſtam partem, qua ipſe D. Epiſcopus cõprobat etiã cõſuetudine. & huius opinionis videtur etiã fuiſſe Prępoſitus Alexã. in cano. pri. 44. diſt. qui ſequẽdo Card. Turrecre. ibidẽ ita intelligit S. Tho. & qđ hæc ſit ipinio S. Thom. licet D. Marti. Nauarr. eũ allegauerit in cõtrariũ, patet, quia in. d. art. 7. verſi. de his autẽ expreſsè vult, quòd Epiſcopus in parte ſibi aſsignata diſtribuenda non magis peccet, quàm in proprij patrimonij erogatione, in cuius erogatione antea dixerat, poſſunt peccare in earum rerum diſpenſatione, vel propter inordinationem affectus, per quam contingit, vel quod ſibi plura conferant, quàm oportet, vel alijs etiam non ſubueniant, ſecundùm quod requirit debitum charitatis. & ita apparet, beatum Thomam velle, quòd non magis peccetur in diſtributione partis Epiſcopo, vel clerico aſsignatæ menſæ ſuę, vel ſuo beneficio, quàm peccaretur in diſpenſatione bonorum patrimonialiũ, ita enim dicit loquens de Epiſcopo in verſic. de his. De his autem, quæ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, vt ſcilicet propter immoderatum affectũ, & vſum peccet quidem, ſi immoderata ſibi retineat, & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis. Hæc ſunt verba beati Thomæ, licet in aliquibus exemplaribus deficiant illa, ſicut requirit debitum charitatis, & malè ſecundùm fratrem Dominicum de Soto. dicto lib. 10. de Iuſtit. & iure. quæſtio. 4. artic. 2. verſic. ſexta cõcluſio, quinimo ſecundùm eundem deficiunt verba, quòd ad reſtitutionem non tenentur, ſed tamen Alberic. de Roſate. in ſuo dictio. in verbo clericus. 4. qui ſolet eſſe veriſsimus relator, refert S. Thomam ſine his verbis, colligitur tamẽ, quòd eſt de intentione S. Doctoris, vt non ſolũ ad reſtitutionem non teneatur clericus, verum nec peccet ex natura rei, etiam ſi non in vſus pios fructus partis ſibi aſsignatæ, ſed vt libuerit diſtribuat. Primò quia dicit idem eſſe iudicandum, quod de proprijs bonis iudicatur, in proprijs autem bonis ex natura rei non peccat non dando pauperibus, ergo nec in iſtis, ſi ergo nõ peccat, nec reſtituere tenetur, item ſicut excedendo in vſu ſuarum rerum, ita excedendo in vſu iſtius partis peccat contra debitum charitatis, non contra legem iuſtitiæ,
2 ergo ad reſtitutionem non tenetur, nec placet intellectus, quem ad verba dicti beati Thomæ ponit doctor Nauarrus, ſcilicet quòd diuus Thomas velit Epiſcopum poſſe diſponere de his, quæ ſibi deputata ſunt, perinde ac de patrimonialibus, intelligendo ſibi eam partem deputatam eſſe, quæ boni viri arbitrio ſuſtentationi eius, ſit neceſſaria, quia hæc intelligentia nullo modo poteſt defendi, quia eſſet contra alia dicta Sanct. Thomæ in eodem loco, nam vt ipſemet dict. Martinus notat benè, tria colligũtur ex diuo Thoma, primum quòd Epiſcopus poteſt diſponere de his, quæ ſibi deputata ſunt, perinde ac de patrimonialibus, quæ doctrina eſt, de qua eſt controuerſia. Quia D. Martinus intelligit de his, quæ ſunt ſibi deputata pro quantitate victus, & veſtitus, & ſuæ ſuſtentationis, ſecundum vero aliam intelligentiam de omnibus, quæ ſunt ſuæ menſæ, & fructibus ſui beneficij, quia hæc omnia ſunt deputata ſibi. Secundum, quod colligitur eſt, quòd prælatus reſtituere tenetur, id quod impendit ex ea parte, quæ deputata eſt principaliter pauperibus, & Fabricis. Tertium, quòd etiam teneretur ad reſtituendum quantitatem notabilem, vltra ea, quæ ſibi decenter alendo ſufficerent, ſi bona ſint communia, & indiuiſa illi, pauperibus, & fabricæ, ex iſta doctrina relata verbis ipſiuſmet domini Martini Azpilc. colligitur clarè, quòd eius intelligentia ad primum dictum beati Thomæ non poteſt ſuſtineri, quia inter primum, & tertium caſum domini doctoris Martini nulla eſt differentia, quia ſicut in vltimo caſu, cum res ſunt in communi, Epiſcopus accipiens vltra neceſſaria ſuæ ſuſtentationi in quantitate notabili, peccat, & tenetur reſtituere, ita in primo caſu ſecundùm dominum Martinum, quando pars Epiſcopi eſt diuiſa à parte pauperum, & fabricæ, & tamẽ beatus Thomas vult conſtituere differentiam, an bona ſint diuiſa, vel partes ſint factæ, vel nõ, ergo intelligentia domini Martini non eſt vera.

Cõtra D. Martinũ Nauarr.

Quod autem velit Di. Thom. conſtituere differentiam inter bona diſtincta inter

inter Epiſcopum, & pauperes, & fabricam, & inter communia inter eos patet. Dicit enim per hæc verba, ſi ergo diſtincta ſint bona, quæ debét in vſum Epiſcopi cedere ab alijs, quæ ſunt pauperibus, & miniſtris, & cultui Eccleſiæ erogãda, & aliquid ſibi retinuerit Epiſcopus de his quæ ſunt pauperibus erogãda, aut etiã in vſum miniſtrorum, aut in cultum diuinum expẽdenda, no eſt dubiũ, quòd contra fidem diſpẽſationis agit, & mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur. De his autẽ, quæ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, vt ſcilicet propter immoderatum affectum, & vſum peccet quidem, ſi immoderata ſibi retineat, & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis, ſi vero non ſunt dicta bona diſtincta, eorum diſtributio fidei eius committitur, & ſi quidem in modico deficiat, vel ſuperabũdet, poteſt hoc fieri abſque bonæ fidei detrimẽto, quia non poteſt homo in talibus punctualiter accipere illud, quod fieri oportet, ſi vero ſit multus exceſſus, nõ poteſt latere, vnde videtur bonæ fidei repugnare, & ideo non eſt abſq; peccato mortali, hęc ſunt verba beati Thomæ, ex quibus colligitur dicta differentia, præterea dicta diſtinctio, & aſsignatio præbendæ vel beneficijs, vel menſæ nihil operatur. ſi eius non eſſet habenda ratio, ſed poſtea deberet fieri alia diſtinctio, & ſubdiuiſio, quoad iuſtitiam, & reſtitutionẽ, nec poſſet ſine peccato iniuſtitiæ vagare inter primam deputationem, & iſtam. Item ex diuo Thoma videtur ex aſsignatione poni certitudo, quæ certitudo non poſſet conſiderari, nec referri ad certitudinem, quæ ſit boni viri arbitrio, hoc enim non poteſt eſſe punctualiter, vt dicit S. Thomas: ergo in primo dicto nõ de iſta aſsignatione, ſed de ea, quæ omnino certa eſt, loquitur, quæ facta eſt diſtinguendo menſam Epiſcopi, vel clerici ab alijs: prætereà iſta ſecũda ſubdiuiſio, ſeu aſsignatio certa nunquam facta eſt Epiſcopo: ergo primum dictum beati Thomæ intelligitur de illa diuiſiõe, ſeu aſsignatione certa, quæ reperitur facta in omnibus epiſcopatibus, & beneficijs per eorum electionem, non de illa, quę incerta eſt, & boni viri arbitrio relinquitur, quæ punctualis eſſe nõ poteſt. Item quòd diuus Thom. nõ loquatur de parte neceſſaria ad ſubſtentationem, apparet, quia dicit quòd peccat, ſi immoderata ſibi retineat, ergo nõ loquitur de parte ſibi neceſſaria, quia nullus dicet eam ſibi immoderatè retinere, ſed loquitur de eo, quod ſupereſt ab vſu neceſſario, vel quæ vſum neceſſariũ ſuperat, quã bonis patrimonialibus cõparat, in quibus liberat à lege iuſtitiæ. Præterea diuus Thomas vult, quòd epiſcopus in portione ſua liberè poſsit vagari ſine peccato, eodẽ modo, quo poſſet in bonis patrimonialib⁹, vt expreſsè dicit. Poteſt enim donare, eodem modo, quo bona propria ſine peccato. hęc autẽ facultas non poteſt cadere in illa portione, quæ ſibi eſt neceſſaria pro victu, & veſtitu, in ea enim ſemper peccaret ſibi detrahendo, vt donaret alijs, niſi donatio fieret ad ſolam neceſsitatem ſubleuandam, & ad hoc ipſe fraudaret genium ſuũ, ergo primum dictum beati Thomæ, quod dat liberam vagandi facultatẽ in portione ſibi aſsignata, non intelligitur de portione ad victum, & veſtitum neceſſaria. Et quòd in iſta ſub alterna portione ita vagando ſemper peccat, clariſsimè oſtendit hoc beatus Thomas in verſicul. ad ſecundum, inquit enim his verbis. Et ideo ſi de eo quod vſui Epiſcopi, vel alicuius clerici eſt deputatũ, velit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderatè, ideſt, vt nõ indigeant, non autem, vt ditiores inde fiant, nec poteſt colligi ex his beati Thomæ verbis, quod hic expreſsé velit tantum poſſe dare, & donare cõſanguineis, & alijs ad neceſsitatem, & non ad diuitias ex parte ſibi aſsignata, & ita velit, quod in ea non habeat liberam poteſtatem, tanquam in re aliena, quia verũ eſt quòd aliàs peccaret in abuſu, vt dictum eſt, ſed non ex natura rei, & peccatũ proueniret, non à læſa iuſtitiæ lege

lege, ſed miſericordię. Item quia peccaret in lege charitatis adimendo ſibi neceſſaria, vt dicit idẽ S. Thomas. 2.2.q.120.arti.3.ad primum, & ita S. Thomas nõ tollit diſtinctionem iam firmatam, qui poteſt clarius iniellegi, quia ibidem reſpondet ad ſecundum argumentũ, in quo dixerat, quòd bona eccleſiæ ſunt pauperum, ergo ex eis clerici nihil poſſunt accipere, & ita procedit argumentũ, ſiue bona ſint diuiſa, ſiue non, quia argumenti vis eſt hæc, ſi eſt diuiſio facta non debuit fieri de re, quæ eſt pauperum, & ſicut indiuiſa eadem ratione debẽt expendi in vſus pauperum, ad hoc reſpondet negando, quod ſolis pauperibus ſint deſtinata, ſed & in alios vſus, vt dictũ erat per ipſum ſupra, in miniſtrorũ ſcilicet alimenta, ideo non eſt contra naturam bonorum, vt clericis fiat aſsignatio, vel ſi nõ eſt facta diuiſio, vt ex eis ſe alere poſsint, & reſponſio S. Thomæ cadit, ſiue portio ſit dimiſſa, ſiue non, quia reſponſio eſt generalis, & argumentum erat generaliter conceptum, & ita hoc non lædit diſtinctionem iam firmatã: & quod dicit peccare, ſi immoderata ſibi retineãt verũ eſt lege iuſtitiæ, ſi id fiat re nõ diuiſa, vel abuſu, & ſic in lege charitatis tãtum, ſi id fit in re diuiſa, & portione ſibi aſsignata, quæ cẽſetur eadẽ lege qua bona patrimonialia, quia & in patri-
3 monialibus non ſolũ clerici peccant, verũ etiam laici, ſi non erogent ſua pauperibus, vel propter periculum neceſsitatis, vel ſuperfluitatem habitorũ, vt dicit diuus Thomas. 2.2.q.118.art.4.ad ſecundũ, & ibidem
" expreſsè Caietan. ponit hæc verba. Nã iux
" ta ſanctorum doctrinam diuitiæ ſuperfluę
" non ſunt diuiti, niſi vt diſpenſatori conceſ-
" ſæ, adeò vt habeat meritum bonæ diſpenſa
" tionis. ex hoc infertur, quòd qui ſuperflua
conſeruat, vel largitur nõ indigenti, ſed diuiti, mortaliter peccat, quod probatur ex diuo Thoma in hac quæſtione. 185. art. 7. verſi. reſpondeo. ſed de his ſpecialiter infra diſſeremus, quia eſt res non leuis momẽti, ſed in qua maximum animarum periculum verſatur, & nota prędicta circa doctri nã beati Thomæ, quia verba ipſius à dño Martino Nauarro aliter capiuntur, ſed ex ſupradictis videtur mihi neceſſario oſtẽdi mẽtem beati Thomæ eo ſenſu, quo Card. Turrecre. & F. Domic. de Soto ſupra citati, accipiunt, eſſe intelligendam, quòd ſi aliqua ambiguitas poſsit adhuc prætendi in verbis ſancti Thomæ dict. q. 185. tamen in quodlib. 6. q. 8. art. 12. ita clarè loquitur, vt nulla poſsit remanere difficultas, ita enim inquit. Aliter ergo dicendum eſt de illis eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſsitabus pauperum, & conſequẽter neceſsitatibus miniſtrorum, ſicut ſunt bona hoſpitalium, & aliorũ huiuſmodi, & aliter de illis bonis, quę ſunt principaliter attributa vſibus miniſtrorũ, ſicut ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi, nam in primis bonis peccatũ cõmittitur, non ſolum ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, dum aliquis in ſuos vſus aſſumit, quod eſt alterius, & ideò tenetur ad reſtitutionem, tãquam de fraudator rei alienæ. In ſecũdis vero bonis non cõmittitur peccatũ, niſi per abuſum, ſicut & de bonis patrimonialibus dictũ eſt. Vnde nõ tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolum ad pœnitẽtiam peragendã. Hęc ſunt verba B. Thom. qui apertè vult fructus beneficiorum, & fructus bonorum patrimonialium eadem lege cẽſeri, ſcilicet, quoad dominiũ, & legem iuſtitiæ, ſed ex alio capite propter abuſum ſtricti⁹, lege charitatis clerici, quã laici tenentur, vt infra latius oſtendemus, tam ratione perſonæ, quã ex qualitate rerum: nec ſupradictæ intelligẽtiæ poteſt in cõtrariũ allegari S. Tho. 2.2.q.34.art.8. vbi dicit, quod quemadmodũ bona ciuitatum cõmendata ſunt præſulibus, & decurionibus earum, ita bona eccleſiaſtica ſunt commiſſa prælatis earum, quia S. Thomas non loquitur de parte aſsignata menſæ prælatorum, ſed de alijs bonis eccleſiæ, quia omnia bona eccleſiarum ſunt in adminiſtratione epiſcoporum, vt in cap. quiſquis epiſcopus. & in cap. præcipimus. 12.q. 2. & in cap. videntes. 12. q. 1. ſi enim aliter intelligerentur

gerétur dicta verba S. Thomæ, ineptissima esset cóparatio, cum præsules,& decuriones non substéterentur bonis ciuitatum, nec mensam habeant in dictis bonis, licet aliquãdo sibi assignetur aliquod salarium, quòd si decurionum mensæ, vel alimentis assignati essent fructus certorum bonorũ, non negabit S. Thomas, quod de his fructibus decuriones possent tunc libere,& arbitrio suo disponere. Ideò ex dicto loco sancti Thomæ magis confirmatur prædicta intelligentia, adeo vt mirandũ sit D. Martinum Nauarrũ in dicto tracta. 2. quæst. 10. &. 13. istum locum S. Thomæ in suam sententiam allegasse, præsertim cum ibi loquatur S. Thomas de defensione bonorum ab iniuria, quæ infertur, nõ de eorum vsu, vel consumptione fructuum, dictorum bonorum, quia nec de hoc ibi tractat, nec faceret ad propositam ab eo quæstionem, & ita istius secundæ opinionis habemus authorem S. Thom. cuius authoritas merito est tanta, vt operæpretium fuerit in mentem eius enucleanda maximè laborasse. Nec me mouerit ad contrariam intelligentiam S. Tho. quod, vt dicit D. Martinus Nauar. ipse S. Thom. versatus est in Italia, & Francia, vbi episcopatus nõ sunt ita pingues, vt in Hispania, vt dicit D. Martinus dicta. q. 2. nume. 13. quia S. Thom. in hac. quæst. præsupponit, quod superfit Episcopo ex sibi necessarijs, ita vt illud, quod supereſt, sit in materia restitutionis,& peccati considerabile, alioquin eius distinctio in multis redderetur superuacua, quo casu non differt id sit maximæ quantitatis, vel non, nã quæ differunt secundũ plus & minus, non differunt in substãtia, vt in. l. fi. ff. de fund. instr. & in lege Marcellus. in princi. vbi Soci. ff. ad Trebellianũ, Bartolus in. l. 2, 2. lectur. 2. colu. C. de actio. & oblig. magis tamen videtur vrgere pro Dño Martino Nauarr. quod idem S. Thomas. 2. 2. quæst. 119. arti. 3. ad primum loquendo de auaro, qui retinet propria,& de prodigo, qui dissipat, ponit hæc verba. Et præcipuè hoc apparet in clericis, qui sunt dispensatores bonorũ ecclesiæ, quæ sunt paũperũ, quos defraudant prodigè expendẽdo,& tamen tempore S. Thom. erãt beneficia erecta,& bona mensæ eorum separata, ita vt necessario hoc vitium intelligatur apparere in fructibus clericis assignatis, nec loquitur de clericis regularibus, quia in his non poterat ita apparere: & esset diuinare hoc ad eos tantum referre: sed dico quód S. Thomas non exponit ibidem, quomodo peccent, an ex natura rei, vel ex abusu, vt in dicta. q. 185. declarat,& quod dicit, quod sunt pauperum dict. q. 119. ipse ibidem non principaliter id declarat, ideò ex illa quæst. 185. in qua exprofesso hoc tractat, est summẽda eius doctrina & ex dicta quæstione quodlibet. in quibus locis ponit sententiam suam distinguendo omnes casus, & ita clarè colligitur eius doctrina, non per argumentum, ideò omnes alij loci Sancti Thomæ debẽt interpretari secundùm istam dictionem.

Summarium ex Cap. III.

1 *IN quo differat opinio Cardinalis Zabarel. ab opinione S. Thom.*
2 *Proprium quomodo accipiatur.*

CAP. III.

De opinione Cardinalis Zabarel. & in quo differat à Sanct. Thom. opinione, de ista opi. videbitur infra. 4. parte, cap. 1. numer. 18.

ERtia fuit opinio Cardinalis Zabarellæ in clement. quia cõtingit. 2. quæst. de religiosis domibus. & in clementin. gratiæ. de rescript. penult. colu. & cap. fina. extra de pecul. clerico. beneficiatum tanquam, cui administratio sui beneficij libera sit permissa, in quoscunque vsusfructus conuer-
1 tat, ad restitutionem non teneri, nec ab eo data, vel donata reuocari. peccare tamen eum,& corrigi posse, si malè dispensset. Ista
1 opinio licet videatur esse eadem cum opinione præcedenti S. Thom. cum & beatus Thom.& alij, de quibus in præcedenti opinione teneant, beneficiatos peccare, si propter immoderatum vsum, vel affectũ plus sibi assumãt, quàm opporteat, vel profundãt, tamen hæc inter se maximè distãt: beatus enim Thomas ex natura rerum ipsarum, nõ ad plus eos obligat, quàm in dispẽsatione rerũ sui proprij patrimonij, in qua etiam peccatur per abusum, sed Cardinal. Zabar. non ita eos dominos efficit, sed administratorum nomine retẽto, eis liberam dispensationem concedit, non tamen eos dominos, vt proprij patrimonij constituit,
» ponit enim hæc verba in. d. clemen. gratiæ.
2 » Aduertendum, quòd aliquid potest dici
» propriũ alicuius quoad hoc, vt libere possit disponere, nec possit puniri exinde, &
» hoc modo proprium est, quod est meum
» de iure gẽtium, vel de iure ciuili, adeo quòd
» possum libere disponere, vt in rebus patri-
» monialib⁹, vel quęsitis ex titulis licitis, alio
» modo & minus strictè potest dici propriũ
» id, de quo quis habet liberam dispensatio-
» nem, ita quòd licet, si malè dispẽset, posset
» inde corrigi & puniri, tamen dispẽsatio nõ
» reuocabitur. sic dico redditus beneficiorũ
» esse institutorum in eis, quia si clericus fru-
» ctus alienat, vel donat etiam sine causa ra-
» tionabili, tenet alienatio, nec potest reuo-
» cari, sed ipse poterit corrigi, & puniri, & ex
» hoc sibi interdici administratio, tanquã fie
» ret dilapidatori. Et ad hũc effectum vadũt
» iura, quæ dicunt clericum debere contentum esse victu, ideſt si vult non illicitè agere. Hæc sunt verba Cardin. & eius opinio, quæ licet concordet cum opinione beati Thom. inquãtum à restitutione liberat beneficiatum etiam abutentem fructibus beneficij quoad peccatum, tamen differunt, cum illa opinio diui Thom. maiorem potestatem ratione dominij concedat, quã hæc quæ dominium non concedit, eo modo, quo alij domini sunt iure ciuili, vel gentiũ, licet verum sit quòd ipse Cardi. quodammodo sibi ipsi contradicere videatur, cum prius beneficiatos dominos fructuũ appellet,& vt in præcedẽti opinione retulimus, etiam eis ius donandi salua conscientia permittat. & in dict. Clement. quia contingit, prima oppos. nume. 8. eos vsuarios expresse constituat, cum tamen in dicto cap. fin. ad quod se refert, nec vsuarijs, nec vsufructuarijs dicat esse comparandos. Istius opinionis Cardinalis forsan fuit, Reuerendissimus Episcopus Segobien. dicto loco, cuius verba vidẽtur ambigua, vt diximus in præcedenti opinione,& ad hanc etiam opinionem videntur posse trahi verba Imol. cap. fin. de pecul. clerico, & hoc videtur sequi Præpos. Alexan. in dict. cap. 1. 44. distinct. cuius verba etiam possunt trahi ad præcedentem opinionem: nihilominus tamen verum erit, istàs opiniones inter se differre, nec eiusdem esse rationis, vt ad sensum patet, cum alterum iure dominij, alterum iure administrationis cõcedatur, alterũ alienationem facere permittat etiã in vsus non pios sine peccato, si non detur excessus, alterum vero, ex mala administratione peccatum inferat, licet præ dicti doctores confundere hæc videantur.

¶ *Summarium ex. Cap. IIII.*

1 *DIstinctio inter fructus beneficiorum habentium,& non habentium administrationem.*
2 *Opinio Hostiensis circunscripta consuetudine communiter reprobatur.*

CAPVT. IIII.

De opinione Hostiensis, de qua disputatur in quarta parte, cap. 1. num. 15. cum sequenti.

VArta fuit opinio Hostiensis in cap. fin. de pecul. clerico, colu. 1.&. 2.& in cap. cum in officijs, & in cap. relatum secũdo. in. §.

ſeu. verſic. nomine autem de teſtamen. vbi diſtinguit inter beneficiatum, qui habet be
1 neficium cum adminiſtratione, & inter eũ, qui habeat beneficium ſimplex, vt primus qui adminiſtrationem habet, dum viuit, quaſi vſufructuarius ſit, qui & donare poſſit, moderatè tamen, vt ibidem dicit, & in ſumma titu. de donat. §. Et quid. & titu. de pœnit. & remiſſ. §. quibus, & qualiter verſ. qui de Prælat. ſed non poſsit in morte diſponere, qui vero nullam adminiſtrationem habet, poſsit de fructibus, & in vita, & in morte diſponere, & dicit, quod hoc ſeruat quaſi generalis conſuetudo. Iſtam opinionem videtur ſequi gloſſ. Ioann. Andr. in cap. præſenti de officio ordin. in. 6. ſed cum iſta opinione Hoſtienſis, ſi circumſcribas conſuetudinem, de qua in ſequenti opinione agemus, pauci, vel fortè nullus hoc ex propoſito agens tranſit, licet incõſultò Alexand. qui aliàs ſolet eſſe diligens relator, in. l. diuortio, in nume. 5. ff. ſolut. matrim. dicat communiter approbari opinionem Hoſtienſ. imò quod peius eſt ibi Alexand. refert opinionem Hoſtienſis diſtinguendo aliter, quàm diſtinguat Hoſtienſis, vt id, quòd Hoſtienſis tribuit beneficiato non habenti adminiſtrationem, ipſe habenti adminiſtrationem tribuat, & per cõtrarium, & in vtroque errat Alexand. quia nec Hoſtienſ. dicit id, ad quod eũ ipſe allegat (ſed fortè fuit error ſcribentis) nec eius opinio eſt communiter per doctores approbata, licet etiam gloſ. prag. ſanct. Galli. titu. de annat. §. item quod ſi in Eccleſia in verb. acquiſitos, dicit cõmunem oppinionem, cum verius ſit, eam opinionem communiter reprobari de iure, vt ex doctoribus allegatis in prima opinione apparet, qui probant opinionem Archidiaconi, & Innocẽtij, Archidiaconi inquam expreſsè
2 reprobantis Hoſtienſis opinionem, licet Ioannes de Platea in. l. 1. de anno. ciui. lib. 11. videatur cũ eo tranſire, & Bellam. in cap. cũ venerabilis, num. 46. dicat, quòd quoad beneficia ſimplicia cõmuniter moderni teneant opinionem Hoſtienſ. tamen nullus ferè eſt, qui dictam diſtinctionem de iure admittat, ſed de cõſuetudine, & Bald. cõſil. 313. volum. 2. qui dicit, recurrendũ ad gloſ. in dict. cap. præſenti, non declarat, an de iure, vel de conſuetudine, quia vtrunq; ponit gloſ. & ita etiam poteſt intelligi deciſio Rotæ. 41. de probatio. in antiqui. incipien. cum camera Apoſtolica, & deciſio. 1. de ſolut. quæ etiam potuerunt conſuetudinis habuiſſe rationem, facit etiam deciſio. 1. de tranſlatio Epiſco. in antiqu. quæ ſe remittit ad dict. gloſſ. & dicit, quòd idem eſt dicendum de prælato tranſlato de vna Eccleſia ad aliam, vel aſſumpto, reſpectu fructuum prioris epiſcopatus, vel beneficij, quòd de mortuo de quo text. vbi Egid. de Bellame. in cap. ſi quis iam tranſlatus. 21. quæſtio. 2. Zabarel. d. conſil. 110. & ita tranſlatus nunquam lucrabitur fructus, niſi in illis caſibus in quibus, ſi moreretur tranſmitteret eos ad hæredes ſecundùm diuerſas opinio. ſecundûm opin. Hoſtien. ſi ſint fructus beneficiorum non habẽtium adminiſtrationem & ſint percepti, & reconditi, nõ aliâs exemplo vſufructuarij ſecundũ gloſ. dict. cap. præſenti de cuius veritate dicetur infra. 4. parte.

CAPVT. V.

Quæ fuerit Caietani opinio, & in quo differat à præcedentibus opinionibus.

QVinta opinio fuit Caieta. in dict. quæſt. 185. art. 7. qui vult loquendo de Epiſcopo, quòd cum pars pauperum, & fabricæ non reperiatur, quæ fuit in diuiſiõe aſsignata, vt in cap. mos eſt, & in cap. de redditibus, 12. quæſt. 2. vbi ex bonis Eccleſiaſticis fiunt quatuor partes, vna, vt ex eius fructibus Epiſcopus ſuſtentetur, & peregrinos recipiat, ſecunda, pro clericis, tertia pro pauperibus, quarta pro fabrica Eccleſię, de quo ſupra mentionem fecimus, & infra latius diſſeretur, ſi fructus Epiſcopales ſint pinguiores, & notabiliter abundantes ita, vt ſapientis animo cadere non poſsit, quòd ſint Epiſcopo aſsignati pro ſola ipſius Epiſcopi, & eius familiæ ſuſtẽtatione: ſaltem Epiſcopus duas quartas teneatur diſtribuere iuxta dictos canones, & quod aliter faciens ad reſtitutionem ſit obligatus, quia, cum ita abundantes reditus ſibi conferũtur, vt patri pauperũ collati videntur, hac diuiſione nõ grauat Caiet. cæteros clericos, præter Epiſcopos, vel quòd ab illis ſimpliciter pro ſua ſuſtentatione ſunt aſsignati, ſicut, & pars pauperibus eſt aſsignata ſimpliciter, ſed Epiſcopo vt patri pauperum. hæc opinio differt ab opinionibus ſupra recitatis vt dicit R. Fra. Dominic. de Soto in dict. quæſt. 4. artic. 3. primo differt ab opiniõe Archidiaconi circa clericos, qui non ſunt Epiſcopi, quia eos liberat à reſtitutione, & in hoc quodãmodo accedit ad opinionem Hoſtienſis, licet ab ea differat: cum Hoſtien. æquet omnes beneficiatos habentes adminiſtrationem: item differt in alio ab vtraq;, quia facit illã ſubdiuiſionem, & ea facta in illa portione remanente, liberare videtur à reſtitutione, licet poſtea conturbare videatur iſtam ſub diuiſionem: & dicit, quòd licet eſſet liberatus ab illa diuiſione, propterea quòd dicta iura eſſent abrogata, quoad id, quod eſt iuris poſitiui, non tamen poſſunt abrogari quoad id, quod eſt iuris diuini, hoc eſt qđ ſint Epiſcopi patres pauperum, & templorum ſuorum reparatores quoad fabricam, & ſupellectilem, & propterea nulla ratione à fideli diſtributione pro ſuſtentatione vtrorũq; excuſantur, quãuis excuſentur à quota. hæc ferè ſunt verba Caietan. ex quibus apparet quòd, licet antea nutauerit, tamen quoad Epiſcopos eſt in opinione Archidiaconi, licet generaliter Dominus Martinus Nauarr. eum pro ſua opinione adduxerit in prædicto loco quæſtione ſecunda nume. 9. & forſan Caietanus de alijs clericis non expreſsit, quia non exiſtimabat ita pingues eſſe præbendas, ſeu beneficia, ſicut nunc eſſe reperiuntur, ſed non adeo remotus, à noſtra ætate fuit Caietanus, vt hæc interpretatio admitti poſsit.

¶ Summarium ex Cap. VI.

1 *Conſuetudo Hiſpaniæ diſponẽdi de fructibus Eccleſiaſticis.*
2 *Conſuetudo Galliarum.*
3 *Conſuetudo tolerata ſciente, & patiente Papa.*
4 *Durum eſſe fateri, tot inſignes prælatos ſequentes conſuetudinem, eſſe in ſtatu damnationis.*

CAPVT. VI.

De opinione eorum, qui ex cõſuetudine admittendam opinionem Hoſtienſis cenſuerũt, de qua conſuetudine diſputatur in. 4. parte, in cap. 1. nu. 8. cum ſequentibus.

EXta opinio fuit ſupradictorũ
1 Hoſtienſis, & Ioan. And. quod conſuetudine generali, illa diſtinctio admittatur, vt Henr. & alij tenent in cap. fin. de peculio clerico. Calderinus cõſilio ſecũdo titulo de pecul. cleric. colum. fina. Anchar. Domin. & alij dicto cap. præſenti, & Berthachinus de Epiſcop. libro. 4. quarta parte, nu. 3. & 18. quia in re ſunt variæ conſuetudines, nam in Hiſpania eſt generalis conſuetudo, quod omnes clerici ſeculares liberè de fructibus ſuis diſponant, tàm in vim cõtractuum, quàm in vltimis voluntatibus, quinimo ab inteſtato habent in eis ſucceſſores, niſi ſint Epiſcopi, qui per viam vltimæ voluntatis non diſponunt: cuius conſuetudinis, & R. D. Epiſcopus Segobiẽ. & R. Dominus Nauarrus ſunt aſſertores. & in illis Hiſpaniarum
2 regnis eſt res notiſsima, & etiam in Gallia ſunt de hoc conſuetudines, vt refert. gloſ. dict. pragmat. ſanc. & Egid. de Bellame. in

dict.cap.cũ venerabilis.5.quæſt.ideo opus eſt in hoc videre vim harum conſuetudinum,quia ſunt variæ opiniones ſcriptorũ. Nam Hoſtien.dicto cap.cum in officijs.§. hoc igitur.refert opinionem quorundam, qui admittunt, vt poſsit quis teſtari rebus emptis de redditibus Eccleſiaſticis ſtante conſuetudine,& ipſe videtur tranſire cum hoc,quòd ſit attendẽda conſuetudo,quod etiam admittit Ioan.Andr.in regul.nemo, plus de regul.iur.in mercurial.Fab.etiam. §.is vero.de rerum diuiſio.vult conſuetudinem attendendã.Henric.etiãm in cap.relatum.2.de teſtamen.& Ioan.de ſant.relatus à Dominic.dicto cap. præſenti dicunt
3 eſſe conſuetudinem toleratam ſciente Papa,& gloſſ.pragmat.ſanctio. Gall. dicit in hoc conſuetudinem à peccato excuſare.& Petrus de Vbal.admittit dictam conſuetudinem in tracta. de ſucceſsio. ab inteſtato in fin.tractat. cum pluribus allegatis à R. D. Epiſcopo Cobarrub.dicto cap.cum in officijs de teſtament.nume.8. in medio. & etiam Egid de Bellamer.dict. cap. cum venerabilis,nume.47.quæſt.5.& Præpoſi.d. princip.44.diſtin.Card. etiã Turrecrema. in cap.nulli,in num.11.&.12.queſt.5.&.D. Epiſcopus Segobien.ſuprà allegat.probare videtur hanc cõſuetudinem,& dicit Egid.
4 dict.cap.cum venerabilis,nume.46. quod durum videretur,vt fateremur tot inſignes prælatos diſponentes redditibus ſuorũ beneficiorum eſſe in ſtatu damnationis.

¶ *Summarium ex Cap.VII.*

1 *Conſuetudo in modicis rebus admitti poteſt.*
2 *Qui ſunt,qui iſtam ſequantur opinionem.*
3 *Intellectus cap.ad hæc de teſtament.*

CAPVT. VII.

In quo ponitur opinio eorum, qui conſuetudinẽ non excuſare clericos affirmãt, & qui ſint, qui eam ſequantur hæc opin.reprobatur in.4.parte cap.1.nu.8.cum ſequentibus.

1 SEptima eſt opinio, conſuetudinem talem nullo modo excuſare tanquam prauam, & iniquam,niſi circa moderatũ modum diſponendi verſetur, vt in paruis rebus,ita,vt non multum lædatur Eccleſia, vt dicit Dominic.& Anchar.dict. cap.præſenti,prout defendit Abb.Panormita.dict. cap.cum in officijs.num.5.de teſtamẽt.qui idem ſentit cap.1.de Eccleſi.ædific.& plures refert R. Epiſcopus Cobarrub.in eodẽ cap.cum in officijs,num.9.qui dicunt iſtã opinionem eſſe communem,& ei aſſentire omnes tam in cap.1.de teſtamen. quàm in cap.relatum.2.eod.titul. & in cap. fina. de peculio clerico.qui doctores hoc probant ex textu in dicto capitulo relatum,in quo dicitur,quòd non eſt improbanda conſuetudo,*vt de his,pauperibus, & religioſis locis, & illis qui viuenti ſeruierant, ſiue conſanguinei ſint,ſiue alij,aliqua iuxta ſeruitiorum meritum conferantur*.in quo maximè aduertendum eſt,quia non videtur poſſe dici,quod omnes doctores dictam concluſionem te
2 neant, Nam imprimis Innocen.dicto cap. relatum.2.nullum verbum facit de iſta cõſuetudine,de qua nunc agimus,licet de alia loquatur, quæ nihil facit ad propoſitam quæſtionem:Hoſtienſis autem ſuper verbo morientis:approbat potius conſuetudinem,quam dicit exiſtere ſecundùm ſuam diſtinctionem.Et ita potius poterit pro cõtraria parte alegari.Ioanes Andreas etiam idem aſſerit tam ibi, quàm in gloſſa in dicto cap. præſenti, & ita potius pro contraria poteſt allegari, qui alibi, vt dictum eſt in precedenti opinione,id apertè aſſerit, & defendit Antoni.de Butr. in dict. cap.relatum quatenus loquitur de conſuetudine num.13.potuit allegari pro cõtraria parte, cum ſequatur. Io. Andr. in mercurialibus ſupra allegatum,ad quem etiam ſe remittit Io.de Imol.Henric.vero expreſsè admittit conſuetudinem ibi:& ita, ſi rectè conſiderentur

rentur ſcribentes,dict.cap.relatum.2. non potuerunt omnes pro iſta opinione allegari.Nec obſtat quòd Ioan.Andr.& Anton.
3 de Butrio.in cap.adhæc de teſtament. expreſsé reprobare videantur cõſuetudinem, quòd clerici poſsint dare mobilia omnia conſanguineis in teſtamento,& quod ſolũ valeat dicta conſuetudo,& per eam teneat diſpoſitio, ſi modica donet clericus, quia præfati doctores non loquuntur de iſta cõ ſuetudine,de qua ſupra diximus, quãdo de fructibus beneficij teſtantur, ſed quando velint donare de mobilibus Eccleſiæ, quæ ſunt propria Eccleſiæ,& non ſunt redditus beneficiorum,prout loquitur text.in dict. cap. adhæc.& ita expreſsé hoc interpretatur Cardina.Zabarel.in dict. cap. final. de pecul.clerico.dicens quòd dictum cap.adhæc.loquitur de bonis mobilibus per Eccleſiam acquiſitis,non autem de fructibus, qui non ſunt bona acquiſita:& ita conſuetudo in illis bonis ſolum operatur, quãdo in paruis mobilibus Eccleſiæ proprijs fieret diſpoſitio,non autem ſi multum læderetur Eccleſia,argumẽto in cap.terrulas.12. quæſt.2.& licet Imol. in dict.cap. ad hæc videtur magis ſentire, id etiam procedere in fructibus,tamen idem Imol. expreſsé in dict.cap.fina.colu.fin.de pecul. clerico.approbat conſuetudinem adeò,vt dicat,cum bona conſcientia poſſe clericos de fructibus ſuorum beneficiorum diſponere. ex quibus colliges,dubium eſſe, quæ ſit communis opinio in hac re,cũ varient doctores ſæpiſsimè in iſta materia adeò,vt in vno,eodemque, loco videantur longè diuerſa approbare.

¶ *Summarium ex Cap.VIII.*

1 *Conſuetudo diſponẽdi de fructibus Eccleſiaſticis, habet locum inter viuos, non in vltima voluntate.*
2 *Conſuetudo operatur ſolum,vt poſsint clerici diſponere ad pios vſus,non alias.*
3 *Etiam ex indulto ſedis Apoſtolicæ nõ poſſe clericos diſponere de redditibus Eccleſiaſticis.*
4 *Indultum ſolum operari,vt poſsint clerici ad pias cauſas teſtar.,non alias.*
5 *Quòd valeat dictum indultũ indiſtinctè, principem tamen concedentem peccare.*
6 *Quòd clericus conſtitutus in infirmitate, non poſsit ad pias etiam cauſas diſponere.*
7 *Contraria opinio D. Doctoris Nauar.precedenti opinioni.*
8 *Ponuntur declarationes,& diuerſæ opiniones in.q.ſupradicta,& num.9.&.10.*
11 *De acquiſitis ex quotidianis diſtributionibus,clericus liberè poteſt diſponere,& in vita,& in morte.*
12 *Ponitur contraria opinio præcedenti.*
13 *De acquiſitis ex penſionibus Eccleſiaſticis, clericus liberè diſponit in vita, & in morte.*
14 *Contraria opinio,quòd non differant penſiones ab alijs Eccleſiaſticis redditibus.*
15 *Opinio quod de illa portione,quæ eſt neceſſaria pro ſuſtentatione, clericus poſsit liberè diſponere.*
16 *Contraria opinio precedenti opinioni.*
17 *Quæ ex titulo lucratiuo recipiuntur à clericis, extra pietatis cauſam,tenẽtur ad reſtitutionem.*
18 *Commendatores ordinum,quos vocant,arctiori quàm clerici obligatione ligantur, ſecundùm opinionem Nauarri,ſed hoc reprobatur infrà.*
19 *Decimas poſsidentes ſiue ſint Principes,ſiue alij ſeculares eadem obligatione, qua clerici obligantur, imò, ſi opinio Archidiaconi vera eſt, non poſſunt ab eis poſsideri.*
20 *Clerici,qui nunc vſuarij,nunc vſufructuarij appellantur,nunquam nomen Domini ſortiuntur, ſecundùm doctorum ſententiam,ſed in hoc ponitur noua opinio.*
21 *Quod de decimis in præcedenti opinione dictum eſt,& in pẽſionibus, quas laici poſsident,locum habet.*
22 *Concilium Tridentinum ſecundùm D.Martinum Nauarr.approbat opinionem Archidiaconi,*
23 *Imò Concilium Tridentinum nihil quoad legem iuſtitiæ diſponit.*

De redditibus Eccleſiaſticis.

CAPVT. VIII.

In quo ponuntur variæ doctorum ſententiæ, quæ ſunt declarationes dictarum opinionum, ſeu moderationes.

1 OCtaua eſt opinio, quòd conſuetudo ſupra dicta ſolum recepta ſit, vt in vita prædicti diſponere poſsint, in morte vero, ſeu per vltimam voluntatem, nec iure, nec conſuetudine poſsint, vt dicit Card. in dict. c. fi. de pecul. clerico. 4. colum. vbi ponit hæc verba. ſed cõmuniter receptum eſt, quòd non teſtentur. & ad hoc quòd non poſsint in morte diſponere, poſſunt allegari omnes illi, qui etiam ius diſponẽdi negant in vita, quos in prima opinione adduximus, adeo, vt nec ad pias cauſas clerici teſtari poſsint, vt voluit Bald. in authen. licentiam. C. de Epiſcopis, & clericis, & D. Marti. Azpilcueta in dict. tracta. quæſt. 3. in princi. num. 8. & in ſuo Manual. cõfeſſo. cap. 25. num. 128. ſed hæc quæſtio quoad cõſuetudinem magis facti eſt, quàm iuris. Nam (vt diximus) in Hiſpania omnes clerici non regulares teſtantur, niſi ſint epiſcopi, & habent etiam ſucceſſores ab inteſtato nulla diſtinctione bonorum facta, quoad Epiſcopos autem ius commune ſeruatur, ex quo oſtenditur ſtrictiorem obligationẽ eſſe in Eſpicopo, cum vſus, vel conſuetudo circa vltimam voluntatem nihil quoad eos immutauerit, nec eos compræhẽderit, quod non eſt alienum ab eo, quod ex Caietan. ſuprà retulimus.

2 Nona eſt opinio, quòd conſuetudo ſolum poſsit efficere, vt beneficiati de fructibus beneficiorum ad pios vſus in morte diſponere poſsint, vt dicit D. Marti. Nauarr⁹ in dict. ſuo Manual. cap. 25. num. 129. quòd iure communi conceſſum non erat, vt dictum eſt in prẽcedenti concluſione, & iſtã interpretationem recipere cõſuetudinem, vt de indulto Apoſtolico, vel facultate teſtandi paulo poſt dicemus, vt magis prorogata ſit facultas diſponendi, quàm mutata natura videatur, argumẽ. C. de inofficio. teſtament. in. l. ſi quando.

3 Decima eſt opinio, quòd adeo diſpoſitio de his fructibus clericis, Epiſcopis, vel non Epiſcopis ſit interdicta, vt nec indultum, ſeu facultas teſtandi à ſummo Pontifice conceſſa, niſi exiſtente iuſtiſsima cauſa, valere poſsit, ita tenet Abb. Panormita. in repetitio. cap. cum eſſes. 5. quæſt. nu. 30. cum ſequen. extra de teſtament. quem ſequitur Barbat. in dict. cap. cum in officijs, eod. titu. nume. 11. malè tranſcribẽdo dicta Abbatis, licet eum non alleget, qui idem facit in tracta. de præſtan. Cardin. prima parte. 4. quæſt. Baſilic. vbi tamen nutat in iſta difficultate, ſed Franc. Peruſi. in rubric. de teſtamen. libr. 6. num. 59. quæſt. 9. ſequitur Abbatis opinionem, faciũt, quæ ipſe trad. latiſsimè ibidem quæſt. 17. de quo dicem⁹ in quarta parte in cap. 3. nume. 4.

4 Vndecima eſt opinio, indultum ſeu facultatem teſtandi prædictam à ſummo Põtifice, Epiſcopo, vel clerico cõceſſam, ſolũ efficere, vt ad pias cauſas teſtari poſsint, & in hoc ſolum valere, quòd tunc magis videatur prorogata facultas, quam clericus in vita habebat, quam mutatus modus diſponendi à canonibus ſtatutus. & hæc eſt opinio D. Marti. Nauar. dict. quæſt. 3. nu. 17. & in dict. Manuali confeſſo cap. 25. nu. 129. Quinimo ita interpretandam facultatem teſtandi de fructibus beneficiorũ clericis à Papa conceſſam, vt in pios vſus tantum teſtẽtur, vult Andręas Barba. in dicto tracta. de præſt. Cardina. in. 1. parte. quæſt. 4. nu. 7. quem refert R. Epiſcopus Segobiẽ. in dict. cap. cum in officijs, quod ſequitur D. Mart. Azpilcueta in dict. tracta. quæſt. 3. nume. 20.

5 Duodecima opinio eſt, quòd facultas prædicta etiam extra prædictos caſus conceſſa, valeat quidem & firma ſit, Põtificem tamen concedentem peccare, ſi ſine cauſa concedat, tanquam hoc ius poſitiuum reſpiciat, vt refert D. Epiſcopus Segobien. in dict. cap.

dict. cap. cum in officijs, numer. 7.

6 Decimatertia opinio eſt, clericum in infirmitate conſtitutum, vel Prælatum, ex qua poſtea decedat, ſicut nec teſtari, ita nec donare inter viuos poſſe, etiam ad pias cauſas, quòd tunc ea diſpoſitio magis vltimæ voluntati, quàm donationi inter viuos cõparetur, vt ſentit Abbas in capitulo, adhæc in fin. de teſtament. quòd textus ibidem in ea ſpecie ſolum permittat donationem rei modicæ, & ibidem expreſſé Imol. 2. notab. quòd ſi extra pias cauſas ab infirmo fieret, nulla eſt dubitatio, quòd donatio ſit inualida, vt infra dicemus. 4. parte. cap. 4.

7 Decima quarta opinio eſt præcedenti contraria, ſcilicet quòd donatione inter viuos poſsit prælatus, vel clericus in infirmitate conſtitutus diſponere ad pias cauſas, ſicut poſſet ſanus, iſtam opinionem defendit latiſsimè D. Marti. Azpilcuet. Nauarr. in tractat. de redditi. benefic. Eccleſiaſtic. quæſt. 2. nume. 85. & quęſt. 3. nume. 8. cum ſequent. ad quod allegat alios doctores R. D. Epiſcopus Segobien, dict. cap. cum in officijs, nu. 5. ſcilicet Anchar. Imol. & Barba. 2. colum. poſt Abb. dicto capit. adhæc, de teſtament. ſed mihi videtur quod prædicti doctor. dicunt contrarium, cum conſtituto clerico in infirmitate ſolum concedant facere donationem in terminis illius textus, ſcilicet in modica quantitate, & ita nõ ſimpliciter, & in quacunque ſumma permittant donationem, ſed potius prohibeant.

8 Quintadecima eſt opinio Ioan. Andr. Cardinal. & Barba. num. 6. in dict. cap. adhæc, quod ita demum donatio talis valeat ad pias cauſas facta, ſi re ipſa fiat traditio, ſecus vero, ſi ad traditionẽ non perueniatur.

9 Sextadecima eſt opinio Innocẽt. & Ioã. Andr. ibidem, vt etiam ſine traditione donatio firma ſit, & ſucceſſores eam exequi teneantur, vt nihil prorſus in hac materia ſit, quod non vocetur in controuerſiam.

10 Decimaſeptima ſit opinio, vt opinio Innocẽt. vera ſit, in donatione modicæ quãtitatis, vt in terminis illius capitu. ſi vero ſit maioris quantitatis, ſine traditione non ſubſiſtat.

11 Decimaoctaua opinio eſt, quòd licet de fructibus beneficiorum clerici diſponere non poſsint nec in vita, nec in morte, ſolũ que vſuarij habeantur, eam tamen portionem, quæ in diſtributionibus quotidianis eſt ſibi aſsignata, liberam obtineant, vt de acquiſitis ex ea arbitrio ſuo poſsint diſponere etiam in vltima voluntate, vt dicit Dominic. & Franc, cap. 1. §. qui vero. nume. 4. de cleric. non reſiden. lib. 6. & refert plures Petrus Paul. Pariſi. qui dicit iſtam opinionem communem, conſil. 33. volu. 4. conſiliorum, num. 10. & Anchar. dict. cap. præſenti. Cardinal. in Clemen. fin. de præben. quæſt. 13. quos allegat. dict. Pariſ. ſentit D. Epiſcopus Segobien. in dict. cap. cum in officijs, nume. 4.

12 Decimanona opinio erit, diſtributiones eodem iure cenſeri, quo alij fructus beneficiorum, quod Petr. de Vbal. in tracta. de ſucceſſo. ab inteſtato clerico. verſi. 6. quæro, probare videtur, & D. Mart. Azpilcuet. in dict. tracta. quæſt. 1. num. 74. vbi hoc expreſſé affirmat de quo in part. 3. cap. 5. nu. 6.

13 Vigeſima opinio eſt, quæ aſſerit penſiones clericis aſsignatas ſuper quibuſlibet beneficijs adeo clericorum fieri, vt de acquiſitis ex eis, & in vita, & in morte diſponere poſsint. Iſtã opinionẽ tenet Gig. in tracta. de penſion. in quæſt. 52. quem expreſſé ſequitur Reuereñ. D. Epiſcopus, Didacus de Couarrub. in dict. cap. cum in officijs. nu. 6. in fin.

14 Vigeſima prima opinio eſt cõtraria Nauarri in dict. tracta. quæſt. 1. nu. 79. vbi aſſerit, penſiones Eccleſiaſticas nihil penitus in hoc differre à fructibus illorum beneficiorum, ſuper quibus ſunt aſsignatæ, eademq; lege eam portionem in pẽſionarium tranſire, qua futura erat apud beneficiatum, ſi ea portio ad penſionarium non pertineret.

15 Vigeſimaſecunda opinio eſt, vt quod de illa parte, quæ ſit neceſſaria pro clerici ſuſtentatione, ſecundùm ſui ſtatus conuenientiam, genium fraudando ſuum corra-

dit miſer clericus, liberè, & ſine peccato diſponere, etiam in non pios vſus poſsit arbitrio ſuo, vt per Nauarrum in dicto tracta. quæſtio. 1. nu. 59. & num. 82. & idem in manuali cõfeſſo. cap. 25. nu. 127. Sotus in dict. quæſt. 4. artic. 3. de Iuſtitia & iure. lib. 10. & alij allegati à D. Marti. & idem tenet. R. D. Epiſcopus Segobien. in dict. cap. cum in officijs, nume. 2. verſic. 3. ex eadem.

Vigeſimatertia opinio eſt cõtraria huic, quam expreſſé ſentit Abb. Panormitan. in
16 dict. c. cum eſſes in repetit. nu. 27. extra de
„ teſtament. ibi parcè viuẽdo, vbi vult quòd illud, quod ſupereſt clerico ex fructibus ſui beneficij etiam parcè viuendo, non poteſt expendere in ſoluẽdis debitis per eum contractis, ſi debita non ſunt contracta in vſum ſuum neceſſariũ, vel pro eccleſia ſua, quia debet diſpenſari ad eũ vſum, ad quem redditus fuerunt inſtituti: ſecũdùm quam opinionem clericus, qui auarè fraudauit ſe debitis, & neceſſarijs alimentis tribus, aut pluribus modis errat. Primò in corpus ſuũ peccat fraudando debitis alimentis. Secundò, Animam peccato obligat, quia fecit cõtra charitatem, quæ à ſeipſo incipere debet, vt ſupra dictum eſt ex S. Thoma, & facit. C. de ſeruitu. & acqua. in. l. præſes. Tertiò, quia obligat ſe ad reſtitutionem, ſi hæc, quæ cumulauit in pios vſus nõ conuertat, vltra malum nomen ſordidi, & auari, quo apud omnes in vita notatur, maximè quia auaritia, quãdo eò peruenit, vt ſeipſum proprijs alimentis quemquam fraudare compellat, videtur eſſe tanquam phthiſis cõfirmata, & in vltimo gradu conſtituta, hęc eſt illa auaritia, quæ ab Apoſtolo ſimulacrorum ſeruitus appellatur, & in cap. cum omnis. 1. quæſt. 1. quando domino non ſeruit pecunia, ſed illi ſeruit dominus, de quo dicitur in eccleſi. 6. *Vir, cui Deus dedit diuitias, nec tribuit ei poteſtatem, vt comedat ex eis*, & de his, qui à diuitijs poſſidentur inquit Dauid, *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis.* Non enim diuitiæ talium virorum, ſed ipſi diuitiarum, quibus ſe tradiderunt ſunt.

17 Vigeſimaquarta opinio eſt, ea omnia, quæ de peccato clericorum propter malã fructus beneficiorum diſpenſationem, & de reſtitutionis obligatione dicta ſunt, ea inquam omnia locum habere in illis etiã, qui aliquid titulo lucratiuo ab ipſis clericis ex prędictis fructibus extra cauſas pias receperunt, vt peccent hi, & ad reſtitutionem teneantur, vt per D. Mart. Azpilcuet. in dicto tractatu. quæſt. 1. num. 97. &. 98. & quæſt. 2. num. 33. cum ſequent. ſecus verò ſi ex titulo oneroſo habuerunt, vt ipſe optimè defendit.

18 Vigeſimaquinta opinio in hac materia, bona commẽdarum, ſeu præceptoriarum ſancti Iacobi de Spata, & de Alcantara, & Calatraua eadem lege, & grauiori cenſeri, quàm cenſeantur bona, & fructus beneficiorum, cum ij religioſi ſint, & votum paupertatis emittant, & caſtitatis coniugalis, & eadem, & maiori ratione commendatores ſancti Ioannis Hieroſolymitani eiſdẽ legibus, & grauioribus conſtringi. Et quòd ſupradicti minorem diſponendi licentiam de redditibus ſuarum commendarum, & propriorum bonorum habeant, quàm clerici ſeculares, apertè deducitur ex voto per eos emiſſo, vt per D. Mart. late hoc defendi tur in dict. tracta. quæſt. 3. num. 29. & in. 1. quæſt. num. 95. 36. corollario, & ideo & peccent, & ad reſtitutionẽ teneantur, ſi ea, quæ ſibi ſuperſunt à iuſta ſuſtentatione, pauperibus non elargiantur. de quo dicetur in. 4. parte cap. 1. nume. 13.

19 Vigeſimaſexta opinio poteſt ex ijs deduci, quòd decimarum pars, quæ à principibus ſecularibus, & alijs poſsidetur, non liberè poſsit diſpẽſari: ſed, ſi opinio Archi. vera ſit, quod ex natura rei, hęc bona in pia opera ſint expendenda, certum eſt, quòd non minori obligatione, hæc bona poſsidẽtes, quàm clerici beneficiati aſtringũtur, vt ſaltem, quæ ſibi ſuperſunt in pios vſus diſtribuant. Quinimò ſequeretur, quòd nõ ſolum quæ ſibi ſuperſunt, ſed omnia cum iniuſtè poſsideant, ſi non ſint ipſi, qui poſſident dictas decimas, perſonæ tales, quæ bono

bonis Eccleſiaſticis, ſecũdùm eorum bonorum inſtitutionem, debeant ſuſtentari, vel quibus aliqua pars debeatur iuxta allegata ſanctorum Patrum decreta. 12. quæſt. 2. in cap. de redditibus, cum alijs. Nec conſuetudo, tolerantia, nec præſcriptio, nec priuilegium hanc obligationem poſſunt tollere, aut naturam bonorũ immutare, cũ quoad ea, quæ ſunt iuris diuini, non poſsit aliquid operari, vt Caiet. in hac materia ſupradicta allegata. in dict. quæſt. 185. artic. 7. notat. de quo dicetur in. 4. parte. cap. 1. num. 4.

Vigeſimaſeptima eſt opinio, quòd licet ex ſupradeductis colligatur, vt clerici rerũ
20 ſuarum ſecundùm aliquos vſufructuarij, ſecundùm vero alios vſuarij, & diuerſis reſpectibus, & temporibus appellẽtur, nullus tamen eos dominos bonorum ſuorum beneficiorum conſtituat, cum tamen ſecũdùm opinionem noſtrã vere Domini ſint, non tamen ex hoc ſequatur, maiorem in dictis bonis habere licẽtiam, quàm ſi ſolum vſufructuarij, vel vſuarij exiſterent, cũ aliquando iura domini veri per legem ex iuſta cauſa, & eius poteſtas ſoleant impediri.

Vigeſima octaua opinio, ex his etiã col-
21 ligitur redditus eccleſiaſticos ex cauſa penſionis in laicos collocatos ex priuilegijs ita demum ſecuram reddere conſcientiam, ſi perſonæ tales hæ ſint quibus conferantur, vt illis ſecundùm prædicta ſanctorum Patrum decreta bona eccleſiaſtica ſint deſtinata.

22 Vigeſima nona opinio. Concilium Tridẽtinum, in eo, quod prohibet Epiſcopos, & clericos ex redditibus beneficiorum cõ ſanguineos, aut familiares ditare, intellexit ineſſe illis onus diſtribuendi ſuperflua pauperibus ſecundum D. Martin. dicto tracta. num. 26. & quæſtio. 2. num. 24.

Trigeſima opinio huic contraria. Con-
23 cilium Tridentinum nihil immutare, nec lẽgem iuſtitiæ reſpicere in diſpẽſatione bonorum Eccleſiaſticorum, ſed ſolum de lege pietatis loqui.

Ex ſupradictis, quas retulimus, opinionibus ſatis apparet, quàm varia, quàm diuerſa, quam penitus contraria in hac materia Doctores tradiderint, & quàm difficilis hæc prouincia, quam aggreſsi ſumus, videatur, vt prudentiſsimum quemq; deterrere debeat, ſed ſi conſilij noſtri in hac re habeatur ratio, non malè in ea verſati videbimur, cum hoc vnũ, quod præcipuè deſiderabamus, ſatis ſuperque, ipſo in limine præſtitimus, huius ſcilicet quæſtionis perplexos labirinthos oſtendere, vt eruditos, & pios homines maximè inuitaremus, vt quod nos præſtare, in hac re non poſſumus, & quibus in locis nos deficiemus, ipſi nos ſubleuent, admoneant, & adiuuent, qua ſpe interim recreati, vſq; ad huius negocij metam Deo duce progrediamur.

Finis ſecundæ partis.

De redditibus Ecclesiasticis.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS, Pars Tertia.

In qua disputatur de opinione Archidiaconi, & de varijs limitationibus, quas ad eam doctores ponunt.

¶ Summarium ex Cap. I.

1 *Quicquid habent clerici pauperum est, de intellectu, cap. quoniam quicquid, & aliorum similium canonum.*
2 *Quod superest clericis, pauperum est.*
3 *In rebus Ecclesiasticis clericus, tanquàm in alienis rebus versatur.*
4 *Clerici sunt administratores, non domini.*
5 *Mandatum cum libera non excusat à restitutione reliquorum.*
6 *Prælatus tenetur reddere rationem suæ administrationis.*
7 *Actiones directæ, & contrariæ dantur inter clericos, & Ecclesiam.*
8 *An prælati teneãtur conficere inuentariũ.*
9 *Nõ est imponenda pœna, vbi à lege non reperitur imposita.*

CAPVT PRIMVM.

In quo adducuntur rationes, & argumenta, quibus probatur opinio Archidiaconi.

IN præcedẽti huius libelli particula doctorũ opiniones collegimus, sequitur, vt de earũ veritate differamus, & rationes, & argumẽta tam ab ipsis inducta, quã à nobis excogitata, expẽdamus: & quia huius quæstionis vis in hoc cõsistit, vt cognoscamus, quæ ex primis opinionibus sit vera, an opinio Archidia. vel ei contraria, ideò potissimum in hoc versabimur, nõ tamen aliquid prædictarũ opinionum intactũ relinquemus, breuitati tẽporis, & lectorũ vtilitati cõsulentes. Sed in hoc capite, & in hac particula de opinione Archidiac. differamus. Vult igitur Archidiac. Episcopos, vel clericos possidẽtes beneficia cũ administratiõe, vel omnino simplicia, & omni administratione carentia, fructus ipsorum in proprios vsus, & familiarũ suarũ, secũdùm status sui cõditionem, cõuertere posse, quod autẽ ex hoc supererit, in pauperũ & pietatis vsus distribuere debere, sub peccati mortalis reatu, & restitutionis obligatione. Pro ista opinione primo allegatur text. notab. ex Epistola diui Hiero. ad Damasum beatiss. Põt. in c. fin. incipien. quoniã quicquid. 16. q. 1. cuius verba sunt, *quoniã quicquid habẽt clerici, pauperũ est, & domus illorũ omnibus debent esse cõmunes, & susceptioni peregrinorum, & hospitũ inuigilare debẽt maximè, curãdum est illis, vt de decimis, & oblationibus, cœnobijs & Xenodochijs, qualem voluerint, & potuerint, sustentationem impẽdant.* ex quo tex. multis modis cõprobatur dicta opin. primo enim tex. dicit, quòd quicquid clerici habẽt, pauperũ est, quod etiã probatur ex decreto diui Ambro. in c. cõuenior. 23. q. 8. probatur etiã in c. qui oblationes. 2. 13. q. 2. vbi oblationes pauperũ, & egẽtiũ alimẽta dicũtur, & Vrbanus Papa post verba posita. c. vidẽtes. 12. q. 1. supra allegata, *ipsæ enim res fideliũ oblationes appellãtur, quia Domino offerun tur.* subdit, licet ea verba à Gratiano omittãtur. *Nõ ergo debẽt in alijs vsibus, quàm Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorũ fratrũ, vel indigẽtium cõuerti, quia vota sunt fideliũ, & pretia peccatorũ, ac patrimonia pauperum, atq; ad prædictũ opus explendum domino traditæ siquis autem, quòd absit, secus egerit, videat, ne dam-*

ne dãnationẽ Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur sicut pretia prædictorũ fraudauerũt &c. Et postea subijciũtur verb. quę ponũtur in c. res Ecclesię. 12. q. 1. *res Ecclesiæ oblatæ Domino dicũtur, & cõmunes esse, & solũ in destinatos vsus dispensandæ,* & facit tex. in c. expedit. 11. q. 1. vbi dicit facultates Ecclesię. non esse proprias. sed in cõi possideri, Et Episcopus eadẽ causa, & quæst. vbi tex. loquens de Episcopis inquit, *participet autẽ & ipse, quibus indiget, si tamen indiget, tã in suis quàm in fratrũ, qui ab eo recipiuntur, necessarijs vsibus profuturis, ita vt nulla qualibet occasione fraudẽtur, iuxta sanctum Apostolũ dicẽtem, habẽtes victũ, & vestitũ, his contenti simus, quòd si cõtentus his minimè fuerit, cõuertat autẽ res Ecclesiæ in suos domesticos vsus, & eius cõmoda, vel agrorũ fructus, &c.* Et infra ibi, *sibimet vsurpẽt, ita vt ex hoc pauperes affligãtur,* facit etiã textus notab. in c. clericus. 12. q. 1. vbi à diuo Hiero. ad Nepotianũ ponũtur notabilia verba clericorũ conditionẽ exprimẽtia, inquit enim. *si autẽ ego pars domini sum, & funiculus hæreditatis eius nõ accipio partes inter cæteras tribꝰ, sed quasi leuita, & sacerdos vino de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habẽs victũ, & vestitum, his contẽtus ero, & nudam crucẽ nudus sequor,* ex his verbis clarè colligitur clericũ solum victum, & vestitũ habere posse, in reliquis autem nihil habere. facit etiam textus in c. præcipimus, eadẽ causa, & quæst. vbi dicit text. *præcipimus, vt in potestate sua res Ecclesiæ, Episcopus habeat, si enim animæ hominũ pretiosiores illi creditæ sunt, multo magis oportet eũ curam de pecunijs agere, ita vt potestate eius indigetibus omnia dispẽsentur &c.* Idem probat Bea. Agust. in c. quia tua fraternitas. eadem causa. 12. q. 1. vbi loquẽs de
2 clericis dicit, *omne quod supereſt necessitatibus, in causis pijs, & religiosis erogandum est, domino magistro dicẽte omnibus, quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* His consonant aliæ authoritates diui Bernadi, & Ambrosij, & aliorũ sanctorum Patrum, & Canones Apostolorũ, quos refert. R. Pater Frater Dominicus de Soto in dicta quæst. 4. in art. 3. quod adeo inculcatur in sacris decretis, vt iã abierit in prouerbium, bona ecclesiastica esse pauperum, vt dicit ipse D. in art. 2. cũ ergo ex supradictis appareat, quòd bona clericorum sunt cõmunia, nõ propria, vt ex illis primo ipsi clerici, postea pauperes sustentẽtur, sequitur, si in alios vsus res cõmunes, quàm ad eos, quibus hæ res destinatæ sunt, clericus conuertat, ex lege iustitiæ reus sit peccati mortalis, & ad restitutionẽ teneatur, tãquam si rem, quæ cõis est, vnus ex socijs alienaret, vt. C. de cõmu. rerum alienatio. in l. portionẽ. Ideo, & actione furti tenetur, vt in l. rei cõis. ff. pro soci. & est text. in l. si socius. ff. de furt. *si socius* (inquit Vlpian.) *cõmunis rei furtum fecerit (potest enim communis rei furtũ facere) indubitatè dicendum est furti actionem competere.* Textus etiam notab. in l. 1. §. socius si. ff. de vsur. Quinimò cum hæ res Ecclesiæ sint, clericus vltra victum & vestitũ sibi vendicando, sacrilegus, nedum fur, est censendus, vt probatur in cap. nulli liceat, & in cap. indignè. 12. quæst. 2. & ita Archidiacon. supra allegatus, furtum & sacrilegium tales cõmittere asseuerat, vt & infrà dicemus. Secundò considerando verba dicti tex. in c. quoniã quicquid, ibi, *de decimis & oblatiõibus,* probatur dicta opinio, ex his enim manifestè apparet, cũ oblationes dicantur, quicquid Ecclesiæ oblatum est, vt in d. c. res Ecclesiæ, & cũ de decimis etiam loquatur iste text. ex quibus hic Hierony. & Augustin. c. decimæ. 16. q. 1. dicit pauperibus alimenta deberi, & redditus beneficiorum, etiam ex his rebus constent, ex eis beneficia erecta sint, clericos omnino sub reatu peccati mortalis, & restitutionis vinculo, ad hæc realia onera esse obligatos, vt in l. 2. & in l. fi. C. sine cẽsu. vel reliq. & in l. cũ fundo. ff. de serui. rust. prędi, & est optimum simile ad nostrã materiã in l. domũ, quę est. l. 1. C. de prędet al. reb. nauicu. lib. 11. quòd argu. cũ his, quę trad. doct. latè relati à Tiraq. in tract. de primog. q. 43. nu. 9. etiã videtur ad principes seculares, & ad cõmẽdatores, quos vocãt, ordin. S. Iacobi, &

de

de Calatraua, & Alcãtara,& multo magis ad eos,qui ſunt ordinis S.Ioãnis Hieroſoly mitani decimas ex priuilegijs poſsidentes pertinere: de quo infra latiùs dicetur. Tertiò etiã cõprobatur ex iſto text.dict. opin. Archidiac.quia tex.dicit,quicquid clerici, vtẽs verbo indefinito,apto compẽrhẽdere oẽs clericos,ſiue tales ſint, qui adminiſtrationẽ aliquã habeant,vt ſunt Epiſcopi, Abbates,& ſimiles,ſiue tales ſint,qui nullã ad miniſtrationẽ habeant: cũ omnibus his, vt ex allegatis decretis apparet, ea lex impoſita ſit,vt victu,& veſtitu cõtẽti eſſe debeãt, reliqua pauperibus,& alijs pijs operibus relinquãt: maximè cũ,vt ſupra dictũ eſt,hoc ex natura ipſarũ rerũ contingat: Ideò apud qualeſcunque verſentur perſonas, eodem iure cenſebuntur,vt in dict.l.domum.

Aduertẽdum etiam eſt circa dictum. c. quoniam quicquid id,quòd(vt ſolet) diligentius conſiderat D.Martinus Nauarr.d. ſuo tractatu, licèt illud decretum à Gratiano tribuatur diuo Hieronymo in epiſtola ad Damaſum,tamen in exemplaribus,quę nunc habemus,eam epiſtolã nõ reperiri,& tamen non ſolũ à Gratiano verũ à D.Thoma,& Innoc.dicta epiſtola allegatur, ideo exiſtimat D. Mart. vel Gratiani authoritate tantos patres cũ alia doctorũ turba fuiſſe deceptos, vel aliquam epiſtolam maximi ponderis deeſſe in epiſtolis,quæ nũc extãt diui Hieronymi.quod vltimum ego veriſſimum exiſtimo,nec enim ſuſpicari poſſumus Gratianum virum pium,cui in hac re tot authoritates ſanctorũ & patrũ non deerãt,ita fœdè impoſturam gratis facere voluiſſe,etiamſi refragentur omnia exemplaria,non dico noua,verum etiam antiquiſsima,quæ enim adeo antiqua erunt,vt tẽpora Gratiani, qui quadringentis ab hinc annis ſuum vulgauit decretũ,attingere credamus? eſtò quod attingant,& ſuperent Gratiani tempora,nonne Gratianum exiſtimamus antiquiſsima quæque eo tempore per quiſiuiſſe,& prototypa ipſa,ſi qua erant in rerum natura Hieronymi,& aliorũ ſanctorum patrum vidiſſe? licet in alijs multis erraſſe Gratianũ dubiũ nõ ſit,cum à gloſsis, & ab alijs doctoribus noſtris multi errores eius ſint depræhenſi,& aliqui in hoc argumẽto ſpeciales tractatus de error. Gra. ediderint.ſed Gratianum in breui emendatum nos habituros maximè ſperare poſſumus,cum fœ.re.Pius quartus eã difficilimã quidem operam viris prudẽtiſsimis de mãdauerit,eandemq; prouinciã Sanct. Domi. Noſt.confirmauerit, qui huic rei ſummis viribus,ſummaque diligentia incumbunt, quos plenè in hoc negocio ſatisfacturos nullus poſsit dubitare.Secundò probatur hæc prima opinio hoc argumento, quancunque opinionem teneas doctorum huc vſque ſcribentium circa dominium rerum Eccleſiaſt. ſiue earũ dominium eſſe apud Chriſtum,vt eſt magis communis authorum ſentẽtia,cum Innocẽ.in.c. cum ſuper. de cauſa poſſeſ.& propriè.Anto. de Butri. in cap.fi.nu.16.in fi.eod.titul.Abb.in. d.c. cum eſſes.nu.29.qui allegat. c. cum ex eo. de electio.lib.6.ſiue dicas eſſe apud Eccleſiam vniuerſalẽ,vt volebat Bernardus Hiſpanus,vt ijdẽ referunt doctores,ſiue ãpud Eccleſiam particularem,cui ſunt applicatę res illæ,vt multi volunt,& veriùs videtur, ſiue apud Eccleſiam materialem, quòd falſum eſt,ſiue apud ſummum Pontificem,ſiue quòd in nullius bonis hæ res ſint, ſicut de ſacris, & religioſis rebus dicimus, ſiue apud clericos eo modo,quo res vniuerſitatis ſunt apud vniuerſos, non apud ſingulos,vt in.§. vniuerſitatis de rer. diuiſio. vt ſcribunt latè doctores in dict.cap.cum ſuper,qui referũt tenentes iſtãm opinionem, & Aegid.de Bellamera,in cap. cum venerabilis ext.de exceptioni.& Cardina.Turrecrema.latiſsimè,in cap.videntes.12. q.1. & Cardin.Alexan.qui,vt ſolet,eius dicta trãſcribit,in.c.expedit.12.q.1.& idem Alexã. in cap.1.10. diſtinct. Abb.in cap.cum eſſes in repet.nu.29.poſt Ioã.Fabr.§.nullius de rerum diuiſio.ſiue pauperum eſſe dicam⁹, vt dictum eſt ſupra,quãcunq; denique opinionem teneas, clerici in rebus Eccleſia-
3 ſticis,tanquam in alienis rebus, non proprijs

prijs verſantur. quo fit vt, ſi eiſdem rebus aliter vtãtur,quàm ſibi permiſſum eſt,reos ex lege iuſtitię fieri manifeſtũ ſit,& ad reſtitutionẽ obligatos eſſe,vt.§.placuit inſtitu. de obligati.quæ ex delict. naſcuntur. &.l. qui depoſitum.C. depoſit.&.l. ſi vt certo. §.interdũ.ff.cõmod.&.l.qui iumẽta.ff.de furt.volũtas autem Dñi noſtri,cuius,vt dictum eſt,rerũ Eccleſiaſticarũ eſt dominiũ, adeo ex decretis ſanctorum patrum eſt declarata,vt nihil dubitationi reliquũ ſit.ideo cõſequẽs eſt eos,quibus rebus aliter,quam Dominus earum vult vtuntur,eſſe reos, & peccati mortalis, & reſtitutionis vinculo eſſe obnoxios. & hoc eſt, quòd doctores noſtri dicunt,quòd clerici in rebus eccleſiaſticis nullam aliam habent prorſus poteſtatem præter eam, quæ in ſacris canonibus eis conceſſa reperitur,vt loquendo de prælatis inquit Cardin.Zabare. conſ. 110. colu.1.& R. D. Epiſco.Segobien. in dict.c. cum in officijs.2.colum.nume.2. extra de teſtamẽ.vbi allegat alios doctores ad hoc, licet id non dicant.

Tertia ratio,quæ ex præcedenti deduci videtur,eſt,quòd clerici rerum eccleſia
4 rum ſunt adminiſtratores, ſeu procuratores,nõ domini,vt in cap.2. extra de donat. vbi dicit text. *Cum Epiſcopus, & prælatus Eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, & nõ dominus*. Et ſanctus Auguſtinus in capitulo quod autem.23.quæſtione.7.loquendo de bonis Eccleſiaſticis inquit, *Non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorũ procurationem quodãmodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus*.& alibi clerici appellãtur defenſores rerum creditarum. vt in cap.in canonibus.16.quæſtione.1.alibi diſpenſatores in cap.videtes.12.quæſtione.1.& in.c.Epiſcopus eodem titul.& cap. penul.& finali,atq; in alijs etiã locis, ſi igitur procuratores, defenſores, vel adminiſtratores Eccleſiaſticarum rerum ſunt Epiſcopi,& clerici,clarum eſt,quòd ex lege iuſtitiæ,ſicut alij adminiſtratores rerum alienarũ,ad reliquorũ reſtitutionem tenẽtur, vt probatur.ff.de tut.& ratio.diſtrahen.in l.1.§.officio tuto.& eſt tex.notabil.in. l.2. ff.de nego.geſt.&.ff. mãda.l.idẽq;.§.ſi ex fundo,&.§.ſi procurator,& in.l.ex mãdat. ff.de procurato.in.l.qui proprio.§. procurator,vt in cæteris,&.C. mãdati per plures leges,vt in.l.cum per procuratorẽ, & in.l. procuratorem, in.l.à procuratore, & in.l. in re mandata in ſecundo reſponſo. &.C. de nego.geſt. in.l. ſi curatorem. quod habet locum, etiam ſi libera adminiſtratio
5 conceſſa ſit,nam etiam tunc ad reliqua reſtituenda tenetur, vt ex ſupradictis legibus patet iunct.gloſſ.fin.in.l. mandato generali.ff.de procurato.quę vult curatores, & tutores liberã adminiſtrationem ſibi,à lege conceſſam habere.& facit ad hæc tex. in.l.Aurelius.§.Titi⁹,&.§.Mæuia.ff.de liberatio.legata,& in.l.Aurelio.in.§. Caius, & in.l.fina.§.Titius,& in. §. inter cætera. ff.eodem titulo,notat Albericus in.l. cum quidam decedens.ff. adminiſtratio. tutor. & notant.recentiores docto. in.l. cum neceſsitatem reddendæ rationis.C. de fideicõmiſſ.& in.l.ſubprætextu.2.C.trãſactio. cum multis allegatis à R. Epiſcop.Segobi. in cap.officij,nu.8.de teſtam.&lib.variarũ reſolut.2.in.c.14.& ideo,ſi dñi pecuniã hi intercœperint,furti nomine tenentur,vt in l.1.§.penul.& in.l.2.ff.de tutel.& ratio.diſtra.&.ff.de furt.in.l.tutor.& in.l.interdũ. §.qui tutelã,vt de clericis ſupradictum eſt, quòd furtũ cõmittũt,in aliũ vſum, fructus beneficiorũ expendendo.& ita prælatus ſicut tutor tenetur reddere rationem ſuæ ad
6 miniſtrationis,vt vult glo.in.c.qualiter,& quando.2.verbo.reddere de accuſat.not. Abb.in.c.venerabilẽ.3.col.de offi. delega. & in.c.auditis.de in integ.reſtitu. text.in.l. ſi quis presbyter.C.de Epiſcop. & cleri.ſic videmus,quòd ſicut ſupradictis tutoribus, curatoribus,& procuratoribus, cum ipſe de male geſtis, & de his, quibus dominos læſerũt in adminiſtratione,teneãtur actione directa,ita actiones contra dominos cõtrariæ dantur pro recuperandis his, quæ in rem dominorum expenderunt,vt.ff.de contra.iudi.tut.in.l.1. & per totũ titul. &

ff.man-

ff. mandati.in.l.ſi vero non remunerandi. §.ſi mihi mandaueris. cum concordanti. ibi alegatis in gloſſ.ita clerici ea,quæ ex
7 patrimonio ſuo expoſuerũt,ab Eccleſijs ſuis exigere poſſunt,tex.eſt qui vtrumque probat in cano.ſacerdotes.12.quæſt.4. vbi inquit text.loquendo de ſacerdotibus. *Si quis vero pro compendio ſuarum rerum Eccleſiæ rebus detrimẽtum intulerit, vel occaſionem rerũ Eccleſiaſticarum in rebus proprijs detrimẽtum paſſus fuerit, viciſſim,qui lucrũ ſentiunt,detrimẽtum patientibus reſartient.* Item probatur ex canone ſequent.incipient.Quicunque, omnia enim hæc iudicia,quæ inter adminiſtratores rerum alienarum,& dominos dãtur,ab vtraque parte proficiſcuntur,& reputationes admittunt, vt probat text. ff. mandati,in.l.idemque.§.idem labeo,&.ff. de procurat.in.l.qui proprio,in.§.procurator vt in cæteris,text.notab.in dict. l. 2.ff. de nego.geſt.vbi inquit Caius,*& ſanè,ſicut æquum eſt ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine cõdemnari,quicquid vel non,(vt oportuit)geſſit,vel ex his negocijs retinet,ita ex diuerſo iuſtum eſt,ſi vtiliter geſſit, præſtari ei, quicquid eo nomine,vel abeſt, vel abfuturum*
8 *eſt,* &ita exẽplo tutoris, vtrum prælati inuentarium conficere teneantur apud noſtros quæſtionis eſt,nec enim hoc expreſſum in iure reperitur,licet faciat in argumẽtum tex.cap.de Siracuſanæ.28.diſtinct.nã licét ibidem dicatur,vt fiat inuentarium ab Epiſcopo earum rerum, quas iure proprio poſsidebat tempore ſuæ promotiõis, illud tamen ibidem à Pelagio præceptum videtur,ratione ſuſpitionis,quæ erat in illo Epiſcopo,ob quam etiam diſtulerat longo tẽpore eius ordinationem, nõ autem iure ordinario,& communi ſtatuitur. facit etiam in argumẽtum text.in cap.charitatem tuã. 12.quæſt.2. ſed ibi non loquitur de inuentario rerum Eccleſiæ,ſed de inuentario rerum Epiſcopi,& facit argumentum eod. titulo.12.q.1.in cap.manifeſta.vbi gloſſ.expreſſé affirmat Epiſcopum inuentariũ conficere debere rerum Eccleſiæ, quàm gloſſ. aliqui ſequuntur,vt per Alexan. ad Bart.l. nulli.C.de Epiſc.& cleri.ſed Abb.Parnor. quæſt.ſuis quæſt.3.dub.4.& alij,quos allegat R.Epiſcop.Segobiẽ.in.c.1.de teſtamẽt. num.9. cõtrariam ſententiam tenẽt. quod verius videtur, cum pœna,quæ ex non cõfecto inuentario ſequi ſolet,nõ debeat imponi,niſi vbi, à lege expreſſum reperiatur,
9 vt eſt generale in omni conſtitutione pœnali,vt dicit gloſſ.vulga.in cap. fina. gloſſ. fin.extra de iure patrona.& gloſſ.in cap.fi. de exceſsib.prælato.gloſſ. in ſumma.15.q. 8.gloſſ.c.cum vos verb. minus idoneæ de officio ordinarij,& clemen.2.verb. ſuſpenſus,de vita,&honeſtate clerico.pro quibus eſt tex.in auten.de non eligen.ſe. nubent. §.cum igitur,verſicu.ſicut enim. colu.1.& text.in.l.atſi quis.§.habeo,verſi. & generaliter,ibi *nullam pœnam conſtitutam eſſe.*ff.de religio.& ſumpt.funer.trad.Iaſ. in.l. 1. nu. 12.C.de trãſactio.& in.l.diuortio.§. ſi fundum.colum. penulti. ſoluto. matrimon. & in.l.quod te mihi num.31.ff. ſi cert.pet. latiſsimè Tiraquell.repetitio.l. ſi vnquam in verb.reuertatur,num. 205. cum ſequen. Quæſtio autem confectionis inuentarij ex eo oritur,quòd adminiſtrator, non dominus ſit Epiſcopus.ideoque manifeſtè appareret ex lege iuſtitiæ,ad reſtitutionem teneri eorum, quæ præter domini volũtatem in aliquos vſus conuerterit.

¶ Summarium. Cap. II.

1 *Empta per clericos de redditibus beneficiorum,efficiuntur Eccleſiæ.*
2 *Non poteſt cauſa plus in remotiora, quàm in proxima.*
3 *Solutio R. Epiſcopi Segobien.ad argumentum reprobatur.*
4 *An dominium rerum emptarum per clericum ipſo iure tranſeat in Eccleſiam, vel ſolum obligatio oriatur.*
5 *Probatur opinio,quòd dominium ipſo iure tranſeat in Eccleſiam.*
6 *An dominium cum actione perſonali concurrere poſsit.*
7 *Rei perfectæ nihil poteſt ſuper addi.*
8 *Actiones perſonales abhorrẽt dominium.*
9 *Actio perſonalis poteſt cũ vtili dominio cõcurrere, ſed non cũ plenitudine dominij.*
10 *In eccleſia ſine traditione ex contractu nõ transfertur dominium directum,ſed vtile cum gloſſ. quæ latiſsimè defenditur à doctoribus.*
11 *Ex donatione cauſa mortis transfertur vtile dominium tantum ſecundùm Imol.qui infrà reprobatur.*
12 *Ex vltima volũtate transfertur dominium directum ſine traditione, ſecus per actus inter viuos,quia nunquam transfertur directum,licet aliquãdo transferatur vtile, & quæ ſit ratio differentiæ.*
13 *Quare fuit inducta imaginariæ hæreditatis perſona.*
14 *Poſſeſsio ciuilis vacans coniungitur naturali.*
15 *Solus Accurſius perfectè leges intellexit.*
16 *Dominium ſine poſſeſsione tranſlatum,non excludit hypothecariam.*
17 *De Saluiano interdicto latè.*
18 *Vtrum competat omnibus habentibus hypothecam.*
19 *Actione ſimpliciter propoſita ſubſtinetur libellus ſi competat actio vtilis.*
20 *Actio vtilis competit ex mente legis.*
21 *Legatarij & fidei commiſſarij non habent directam hypothecam,ſed vtilem.*
22 *Actio vtilis an ſit datiua, vel natiua.*
23 *Iudicium Saluiani non eſt ita ſummarium, vt vulgo creditur.*
24 *Hypothecaria, vel Saluiano duplex eſt iudicium.*
25 *Iudicium ſuper debito eſt præiudiciale ad hypothecariam,quãdo debitum negatur.*
26 *Quando ſit opus pronũciare in incidẽtibus.*
27 *Quando cauſæ petitorij, & poſſeſſorij ſint complicatæ.*
28 *Condemnatio fructuum non facit miſturã petitorij,& an ratione fructuum in poſſeſſorio ſit poſsit appellari.*
29 *Vtrum clericus ex re Eccleſiaſtica acquirat poſſeſsionem Eccleſiæ.*

CAPVT. II.

De emptis per prælatũ,vel clericũ ex redditibus beneficiorum,& quomodo ex ſolo tit. ſine traditione dominiũ eccleſiæ acquiratur,& an illud dominiũ ſit directũ, vel vtile, & qua ratione cõcurrere poſsit cum obligatione perſonali.

QVartum fortiſsimũ argumẽtum pro iſta opinione tale eſt, omnia empta à prælato, vel clerico de pecunijs habitis de redditibus beneficiorũ pertinẽt ad eccleſiã non ad prẽlatũ,vel clericũ,qui ex dictis redditibus talia emit.ita ſtatutũ eſt in cõcilio Cartaginẽ.3. habetur in canone placuit. 12.q.3. vbi inquit text. *Placuit vt Epiſcopi,presbyteri, vel quicunq; clerici,qui nihil habẽtes ordinãtur,& tẽpore Epiſcopatus, vel clericatus ſui agros,& quecunque prædia nomine ſuo cõparant,tanquãrerũ dominicarũ inuaſionis crimine teneantur,niſi admoniti,Eccleſiæ eadem contulerint*, idem ſtatutum eſt in cõcilio Toletano.9.& habetur in canone ſacerdotes.12.q.4. & in cõcilio. Agathẽ.eadẽ cauſa,&.q.c.prẽſbyter vbi dicit,*Presbyter cũ diœceſin tenet de his,quæ emerit,ad Eccleſiæ nomen ſcripturã faciat, aut ab eius,quã tenet,eccleſiæ ordinatione diſcedat,* & licet videatur de Epiſcopo loqui,tamen ex verbis ſupra dictorũ decretorũ præſertim ex.d.c.placuit,apparet eſſe idem in quocũque clerico,vt notauit glo.Bar.Brixi.in.d. cano.ſacerdotes,quod etiam &in concilio Bracar.3.c.8.habetur in.12.q.4.in.d.canone quicunq; vbi tex.addit hæc verba. *nec aliquibus poterũt illa donare*,quod etiã ſtatutũ eſt in concilio Hiſpaleñ.primo,& habetur in canone fixũ.12.q.5. & probatur etiã in canone res in epiſcopatu. 12.q.2.quod etiã ſtatutum eſt in concilio Arelaten. vt habetur, in. c.1.& in.c.2.de pecul. clerico, & in cõcilio Remẽſi in.c.inquirendũ eod. tit.& in concilio Toletano,in cap.fin.eod. tit.& per Piũ Pontificẽ,in cap.vnus quiſq; eod.

eodem titul. ergo empta ex redditibus Ecclesiasticis, pertinent ad Ecclesiam, nec ex teris conferri possunt, nec alienari, vel titulo donationis, vel qualibet alia causa, sed vt alia bona Ecclesiæ cẽsentur, quæ solum in vsus pios. & per sacros canones ordinatos debent dispensari. Ergo multo magis ipsimet fructus vel redditus, ex quibus hęc comparantur, sub hac lege, & ordinatione censebũtur, quia vt est vulgatum, propter quod vnumquodque est tale, vt illud magis erit tale, vt in authenti. multo magis. C. de sacro sanct. Eccles. probatur per textum notabil. licet ad hoc non soleat allegari, in l. cum pater. iunct. l. præcedẽti. ff. ad. l. Pópeiam de parri. & in. l. lege Iulia. iũcta glos. in verbo viri. ff. de testibus, & in. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condi. & demonstra. tex. in. l. dotem dedit. ff. de colla. bono. nõ enim fieri potest, vt plus possit causa in remotiora, quàm in proximiora, imò non solet in remota influere, vt in. l. sciendum. ff. de verbo. signifi. in. l. socij mei. ff. de regul.
2 iur. facit. l. coiri, cum. ll. sequent. & in. l. socium, qui in eo. §. 1. ff. pro socio, & in. l. cum de hoc. ff. de except. rei iudic. cum multis alijs cumul. à Tiraquel. in tract. de cessant. causa, limita. 20. num. 3. sequen. & in tracta. de primog. in quæstio. 40. num. 140. Deci. in. l. in eo quod vel is. nume. 4. 5. &. 6. ff. de de regul. iur. & quæ trad. Curt. tractat. de fœud. 2. parte. 1. in quæst. 10. ex quo deceptus est Socin. qui in. l. si post, in fine. ff. de exceptio. volebat posse spem litis efficere id, quod lis ipsa non posset: quod enim Poẽta Tragicus dicit. Peior est bello timor ipse belli, ad animum perturbatum, vel inordinatum pertinet, sicut per contrarium dicitur. Dulce inexpertis bellũ, cum sit omniũ malorum sentina, ϰἠ περὶ μὴν τοῦ πολεμεῖν ὡς χαλεπὸν, τί ἄρ τις πᾶρ τὸ ἐνὸν ἐκλέγων, ἐρ εἰδόσι μακρηγοροίη? inquit Thucydides lib. 4. de bello Peloponesia. & Homerus Ἄφρήτορ, ἀθέμιστ@, ἀνέστιος ἐστιν ἐκεῖνος ὃς πολέμου ἐρᾶτε ἐπιδημίου ὀκρυοέντος. & de Marte alibi, ὅσ ἔστινα, οἷσ ἐθέμιστα, quem sæpe vocat βροτολοιγὸν ἄρηα, & πολύωκυν ἄρηα. Cum ergo bona empta ex pecunia redacta ex fructibus beneficiorum pertineant ad Ecclesiã, multo magis pecunia, seu fructus ipsi ad Ecclesiam pertinebunt, quæ rebus ipsis Ecclesiasticis magis cohærent, cum ex ipsis immediatè producantur, & pars eius fuerint, vt inquit textus in. l. fructus pendentes pars rei sunt. ff. de rei vendic. text. in. l. quæsitum in. §. cellarius versi. Casius. ff. de fund. instruct. vbi not. gloss. & tex. in. l. fin. §. fructus autem. ff. qui infr. credito. tex. in l. cum filius. §. dominus. ff. de lega. 2. vbi dicit text. *quoniam fructus portionis instar obtinent*, & hæreditatem augent, vt in. l. item veniũt. §. fructus. ff. de petitio. hæreditatis.
3 & in rei restitutione fructus sicut res ipsa venire solent, vt. ff. de vsur. in. l. videamus, &. ff. de verbo. significat. l. restituere, &. l. plus est. adeo vt mirandum sit R. Episcop. Segobien. in dict. c. cum inofficijs, nu. 3. in medio versic. canon autem primus, negare prædictam consequentiam, cum nullam possit habere cõtrouersiam, quia eam probat tex. in. l. quanuis. C. in quib. caus. pign. vel hyppotec. taci. contra. vbi inquit text. *quãuis vsus fructus pignori datorum prædiorũ (etsi id apertè non sit expressum) & ipsi pignori credantur tacita pactione inesse, prædia tamen, quæ emũtur ex fructuum pretio, ad eandẽ causam venire, nulli prudẽtum placuit*, & ideo ea vtitur Abbas. Panormita. dict. cap. cum esses in repetitio. nume. 21. circa. fi. ibi, nam si facerent fructus suos, nõ video, quare de illis fructibus non possint sibi emere prædia, cũ vt inquit S. Thomas. 1. 2. quæst. 19. art. 4. in responsione. causa secunda nõ agit nisi virtute primæ causæ. & licet inter doctores sit controuersia, vtrum dominium rerum emptarũ ex dictis fructibus sit transf
4 latum in Ecclesiã ipso iure, vel solum obligationem ortam, nam Hostiens. & Ioann. Andr. in dict. cap. inquiriendum. de pecul. clerico. & commu. opinio. secũdùm Barb. ibi, voluit, quòd magis probetur authoritatibus doctorũ, quòd dominium in Ecclesiam transeat, quàm vt clarè in iure hoc sit expressum, tamẽ. D. Episcop. Segobien. in cap.

in cap. 1. de testament. num. 5. dicit esse cõmunem opinionem contra Hostien. & iure expresso probari ex verb. text. in eodem cap. 1. & est tex. in authen. licẽtiã. C. de Episcop. & cleric. & quod dicitur emptum ex pecunia mea, non effici meum. vt in. l. si ea pecunia. C. de rei vendi. Hoc in Ecclesię pecunia nõ procedere, sicut & in pecunia pupilli dicitur in. l. si vt proponis. C. de rei vend. ita expressẽ vult ibidem gloss. Alber. & alij, & glossę, & doctores allega. per dict. Episcopum. & licet quoad quęstionem nostram nihil interfit, res efficiãtur Ecclesiæ, vel ad Ecclesiã iure obligationis pertineãt ex lege iustitiæ, cum in vtraque specie peccatum mortale, & restituendi reatus versetur, & natura ciuilis, & naturalis obligationis, & lex cõmutatiuæ iustitiæ ad hoc obliget, & dicti Canones id in specie statuant. Tamen, ne in hoc remaneat aliquis scrupulus, cum in alijs sit maxima differentia, aliqua res nostra fiat, vel nostra non fiat, sed nobis debeatur, alterũ enim realẽ actionẽ, alterum vero personalem producit, vt. §. omniũ cum alij. de actio. ex quibus diuersi oriuntur effectus, opus est harum opinionum alteram constituere.

5 Quarum, vt ego existimo verior ea est, quæ dominium Ecclesiæ ipso iure, rerum ex dictis pecunijs emptarum tribuit, nam cum causa hæc sufficiens sit, vt ecclesiæ deberetur, vt omnes fatentur, ergo transfertur in eam dominium, quia, si cum causa iusta ad debendum concurrit traditio, dominiũ omnino transfertur, sicut videmus ex emptione, & venditione, ex donatione, & alijs similibus contractibus ex quibus actiones personales oriuntur, si à domino traditio fiat, dominium trãsfertur: vt in. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. §. per traditionem. institu. de rer, diuisio. in. l. traditionibus. C. de pact. & obligatio quę ante traditionem erat personalis, potest efficere, vt traditione tranferatur dominium, ergo cum idem operetur in Ecclesia titulus, vel causa sola iure speciali Ecclesię. quod iure communi titulus cum possessione in priuatis, vt in. l. inter diuinum, quæ est lex fina. C. de sacro sanct. Eccles. vbi probatur, quod Ecclesia in hoc est priuilegiata, vt sine traditione in eam trãsferatur dominium, & ibidem not. omnes doctor. glos. in. l. 1. C. de dona. quę. sub mod. de quo per Tiraquel. in tracta. de priuile. piæ caus. priuileg. 107. Barto. nota. quem ipse nõ allegat in quæstionibus suis. quæst. 13. incipien. filium adultum, per Alexand. in. l. si aliquam rem. ff. de acquirend. possess. de quo per Deci. consi. 564. & per Tiraquell. post leges connubia. in glos. 3. num. 53. aliqua per Pet. Paul. Paris. cõsi. 77. volu. 1. ergo manifestẽ apparet in dictis bonis emptis ex fructibus beneficiorũ, vel ex rebus Ecclesiæ, dominium ipso iure trãsferri, cum titulus sit sufficiens, & traditio Ecclesiæ priuilegio nõ sit necessaria ad dominij translationem.

6 Et licet videatur fieri nõ posse, vt Ecclesiæ, & dominium quæsitum sit, & quòd actio personalis competat, cum non concurrat cum dominio, nemini enim res sua quoad dominium deberi potest, vt. ff. de verbo. oblig. in. l. nemo rem suam, vbi inquit Vlpianus *nemo rem suam vtiliter stipulatur*, & in. l. scire debemus. §. fin. ff. eodem titu. quod enim obligatione comprehendi potest, iam apud me est, ideo superfluit
7 obligatio personalis, rei enim perfectæ nihil potest superaddi. in. l. qui bis idem. ff. de verbo. obligatio. & in. l. si te solum. ff. de hæredi. instituen. & in. l. proprias res. C. de legat. & in. l. suæ rei. ff. de contrahen. emptio. & in. l. cum res, & in. l. si mater. C. eodem titu. & in. l. sequitur. §. lana ouium. ff. de vsucapio. tex. in. l. 2. C. de vind. liber. licet in delictis, & imperfectionibus iteratio adijciat, & aggrauet. vt not. gloss. quæ allegat plures leges in. l. si diutino. ff. de pœn. & gloss. in verb. crescat in extrauag. qui sint rebelles. Ideò difficilius dispẽsatur cum homicida pluriũ, quàm vnius, vt habetur in. l. 3. C. de Episc. Audi. per Guill. de Cuno. & R. Episcop. Pacen. olim collega noster in regia cancellaria iuris diuini & humani peritissimus in catholi. c. 55. de relaps.

nume.9.&.10.& bigamia ex multiplicatis matrimonijs, tribus, vel quatuor grauior, etiam eſt, quã quæ ex duobus contrahitur matrimonijs, vt dicit Angel. in authẽ.quo modo oportet Epiſcopo.§.hoc autẽ,nu.12. probat text. in.§. ſin autem, eod.titul.ibi, *non ad tertias*, ſequitur feli.in cap.ſi cautio, num.40.de fid.inſtrum.licet enim appellatione ſecundarum nuptiarum veniant, & tertiæ,& quartæ,vt rubr. de ſecund. nupt. tamen id verum eſt,vt ſi puniuntur ſecundæ,& tertiæ,etiam puniãtur & quartæ,ſed excuſatio ſecundarum nõ prodeſt tertijs, & quartis,quia eſſet arguere prępoſtere,vt in authent.multo magis,cum maior incontinentia detur,nam vt dicit diuus Clemẽs conſti.Apoſtolica.lib.3.in cap.2. *trigamia incontinentiæ eſt argumentum. id, quod ſupra trigamiam fit, manifeſta fornicatio iudicatur, & non dubia intemperantia*, ſed hac,iure conſulendus D.Hieronymus,qui in Apologia ad Paumachiũ ita inquit *nõ damno digamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos* habeat quælibet octauum maritum,& deſinat eſſe proſtituta. & alibi idem Hieronymus Geruntiam viduam alloquens inquit. *Quid igitur damnamus ſecunda matrimonia? minimè. ſed prima laudamus, abijcimus de Eccleſia digamos? abſit, ſed monogamos ad continentiam prouocamus*, & ita apparet ſignum eſſe maioris incontinẽtiæ trigamiam quam bigamiam,vt ſanctus Clemens dicit & quia non ſemel,ſed ſæpe trigamus carnẽ ſuam ſcindit. Ideò irregularitas ex grauiori cauſa contracta videatur,ſi ſit cauſa multiplicata. Eadem ratione excõmunicatio iterata difficilius diſſoluitur,vt per gloſſ.in.l. 2.C.vt infra cert.tẽpus,& in.l. aut dãnum in.§.ſeruos.ff.de pœn. S. Thom.3. part.q. 23.art.6.&.q.24.art.3. in addi.ad. 3. partẽ. Cardinal.& Anto.cap.ita quorundam de Iudæis, *peccata enim tanto grauiora ſunt, quanto diutius infœlicem detinent animam*, vt in.c. fin.extra de cõſuetudi.cum concord.&.l. inficiãdo,in.§.infans.ff.de furt.licet ex primo actu ſublata ſit gratia.in actibus autem ex omni parte perfectis multiplicatio nihil operatur,rei enim plenæ,& perfectæ nihil poteſt ſuperaddi.vt in d.ll.& S.Tho.1. parte.q.103.art.3.ad.3.& latiùs per eum.1.2.q. 52.art.1.in reſpõſio.poſt Ariſto.8.metaph.

Et ideò in legato alimentorum non eſt locus iuri accreſcendi,cum nihil poſsit accretio afferre.& idem in quolibet iure pleno,vt eſt text.in.l.dñs.§.1. ff. de vſufru. & in.l. Titia.§.1.de annuis lega.per Bar.&per eundem in.l.recõiuncti,nu.42.ff.de legat. 3.nec legatum alimentorum eſt multiplicabile,vt in.l.alimenta.§.baſilicæ, & in.l.libertis quos.ff.de alimẽt.lega. ſic ſtipulatio ſemel plenè commiſſa amplius committi non poteſt,vt per Bart.in.l.iam tamen.§. in hac.in primo.& in.l.ſi ante acceptum.2. colu.& in.l.cum quærebatur,& in.l.fin.ff.
8 iudica.ſolu. ita vero domino nihil poteſt obligatio perſonalis ad dominium adijcere.Et hoc eſt,quòd dici ſolet, cõdictiones, quę actiones ſunt perſonales,vt in.§.appellantur.Inſtitu.de action.abhorrere dominium.domino enim non poteſt dari actio perſonalis,vt in.l.fin.ff.vſufr.quemadmo. caueat,& ita explicat text.in.§. ſic itaque diſcretis.Inſtit.de actioni.doct.in.l.ſi quis nec cauſam.in.§.fi.ff.ſi cert.peta. gloſ.in.l. 3.circa princip.C.de condictio.cauſ.da.& Bart.in.l.2.num.6.eod.titu.& tamen videmus quòd in d.l.fi.C.de ſacroſanct.Eccleſ. datur Eccleſię,& realis,& perſonalis actio, & ita non ſolum dominium in Eccleſiam ipſo iure transfertur,ſed etiam perſonalis actio datur,quod ex ſupradictis fieri poſſe non videtur,cum ex ijs,quæ diximus hæc non poſsint concurrere.Quinimò & hypotecaria datur in.d.l.fin.quæ etiam repugnat dominio,vt in.l.neq; pignus.ff.de regul.iur.ſed quanuis doctores hæc non ſatis explicent,imò gloſſ.in.l. ſi quis rem.in verbo non efficitur.ff.de pollicitationi.videatur diſsimulare iſtam difficultatem, tamen conſiderandum eſt,quòd licet hoc in Eccleſia cõſtitutum ſit,vt dominium ipſo iure transfertur iure ſpeciali,iure tamen cõmuni admittitur,vt cũ dominio actio perſonalis cõcurrat in Eccleſia ea ratiõe, quòd ſupra-

ſupradicta procedant,vbi dominiũ eſt plenum,tàm directum,quàm vtile per traditionem iure gentium,& communi tranſlatum,tunc enim perſonalis actio cum domi
9 nio non concurrit,ſed,vbi dominium tãtũ vtile ſpeciali iure non interueniente traditione transfertur,non eſt impedimento,vt cum dominio concurrat obligatio, deficit enim plenitudo dominij,quæ dictã perſonalem obligationem impediebat.Et ita cõdictio datur dñio vtili,vt notat Bart.in.l.2. in nu.6.C.de condict.ob cauſ.& in.l.1.col. fi.in nu.9.ff.de donatio.Quia actio perſonalis eſt,in quo vtilitatẽ afferat,ſcilicet in dominij plenitudine,quæ de iure gẽtium eſt, quæ ſine actu traditionis non eſt perfectè tranſlata,& ita gloſ.notab.in dict.l.fina.in verb.in rem,inquit, in rem ſcilicet vtilem, ſentiens gloſſ.quòd in Eccleſiam licet ſine traditione dominium transferatur,non tamen transfertur plenitudo dominij, quale naturali traditione iure gentium tranferri ſolet,ſcilicet directum,& vtile,ſed tantum vtile iuris ciuilis ſola conſtitutione, nullo actu naturali interueniẽte,& quanuis Cyn. ibidem quæſt.fi.ſentiat dominium & directum,& vtile transferri, & in ſpecie Bald. in.5.q.Fulgo.& Paul.de Caſtr.colu.fin.reprobando gloſ.& Iaſ.nu.26.dicẽtes, quòd vbicunque per legem ipſo iure transfertur dominium,trãſfertur non ſolum vtile, ſed 11 directum,per text.in.l.1.in fin.& in.l.2.ff. de publi.in rem actio.Iaſ.tamen malè ſibi conſtans.in.l.1.colu.1.C.commu. de leganume.4.dicit hoc eſſe parui momenti,ſed
10 quicquid præfati doctor. velint verior eſt
Cõtra Bal. & alios cũ gloſſ. opinio gloſ.quod vtile dominium ex contractu cum Eccleſia celebrato,& non directum ſine traditione transferatur,idque ſit regulare,vbi ſine traditione per legẽ dominium transfertur,quod probatur in.l.1.C. de donat.quæ ſub mod.ſi.ibi *vedicationem hoc caſu vtilem*,& etiam probatur in.l. ſi vt proponis,vbi eſt text. expreſſus. C. de rei vendic.vbi priuilegio militis rei emptæ ex pecunia eius,etiam ſi ipſi nõ ſit res trãdita, transfertur dominium,illud tamen eſt dominiũ vtile,non directũ,vt ibidem próbatur,quòd ibidem Areti.dicit eſſe ſemper verum,quãdo dominium transfertur non de iure cõmuni,ſed de iure ſpeciali ſine traditione,& Aret.legit illam legem ſi vt proponis ſub.l.partũ.& probatur in.l.vxor marito.in fin.ff.de do.inter vir.& vxor.ibi *inrẽ vtilem mulieri in ipſas res accõmodari*. & ita dicendum erit in Eccleſia,quæ ſimile priuilegium habet,vt non directũ dominium ſine traditione,ſed vtile ei acquiratur.Facit etiam gloſſ.vbi Salicet.in authen. donationẽ. C.de iur.dot. quæ voluit quòd,vbi ex donatione propter nuptias ſine traditione trãſfertur dominium,ſit dominiũ vtile.

Facit etiam,quod dicit Ioan.de Imol.in l.1.ff.de donatio.cauſ.mor.tenẽs, quod ex donatiõe cauſa mortis trãferatur dominiũ vtile,non directũ.& Iaſ.in.l.quod ſi nulla de lega.1.dicit dominium, quod ipſo iure transfertur in legatarium,eſſe de iure ciuili. atque ideo impropriũ,& non de iure cõmuni,& ſic videtur ſequi dictã gloſſ.& Curt. in.l.traditionibus.C.de pact.col.fi.nu.25. Tiraq.l.de iure cõſtit.in.2.part.8.ampliat. ita vides, quàm varij ſint in hac re doctores,ego tamen exiſtimo gloſ.eſſe verã cum pro ea ſint text.expreſsi ſupra allegati, ſed videtur in cõtrarium fortis tex.in.l.1.cũ ſequen.ff.de publicia,ibi *legatum, vel donationes cauſa mortis*,& quãuis dici poſſet ibi nõ directum dominiũ,ſed vtile trãsferri, cum ibidem non ſit expreſſum,prout illum text tum intellexit Imola in dicta.l.1.ff.de donatio.cauſ.mort.tamen mihi nõ placet hic *Contra Imol.* intellectus,nã verius videtur in legatariũ, & donatarium cauſa mortis dominium directum transferri,etiã nondum capta poſſione,quia text.loquitur de dominio,nec facit mentionem de vtili, ideo de directo intelligitur,vt in.l.1.§. qui imperpetuũ.ff. ſi ager vectiga. vel emphyteo.petat.& negari non poteſt,in hæredem ſaltem tranſferri dominium directum ante appræhenſionem poſſeſsionis,vt.ff.de acquir.poſſeſ. in.l.cum hęredes.& ita vides per legẽ tranſferri dominium directum ſine poſſeſsione.

quid dicendum in iſta difficultate?

12 Ego dico, licet doctores nō ita explicēt, diſtinguendum eſſe, an lex transferat dominium ipſo iure, ſine appræhenſione poſſeſſionis ex contractu, an vero ex vltima volū tate, vt quando ex contractu ſemper dominium, quod transfertur, ſit vtile, & eo caſu gloſſ. in dict. l. fin. ſit vera: aut ex vltima voluntate, & tunc tranſeat tam vtile, quàm directū, vt in dict. l. 1. in fin. de publici, & in. l. à Titio. ff. de furt. & in. d. l. cū hæredes, in. l. ſi ager, in. 1. & 2. reſponſio. ff. de rei vendi. ratio eſt, quia in cōtractibus, cum ſuperſit perſona, apud quam remaneat dominium directum, ſcilicet ea apud quam erat prius, non transfertur, niſi vtile, quia dominium directum, quod de iure gentium eſt, ſine actu naturalis traditionis transferri non poteſt per legē ciuilem, natura ipſa repugnante: ſed quando transfertur per vltimam voluntatem, cum non ſit, apud quem remaneat directū, per mortem eius domino extincto, melius eſt cum vtili coniungi, & legem ciuilem, naturali non impediente, plenum ſortiri effectum, quàm dominium illud effici vacuum, & in nullius bonis, & ex conſequenti cuilibet ſine cauſa occupanti concedendum. Qua ratione, ne hoc abſurdum ſequeretur, lex imaginariā illam perſonam, quam hæreditatem vocant, moriēte patrefamilias conſtituit, & produxit, apud quam illud dominium potius cōſeruaretur, vt in. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. & in. l. hæreditas in multis. ff. de acquirend. rer. domin. & in pr. Inſtit. de ſtipul. ſeruo. quàm cuiuſlibet occupantis fieret lege naturæ, quia ea, quæ in nullius bonis ſunt, occupāti concedūtur, vt Inſtit. de rer. diuiſio. §. ferę igitur. vbi gloſſ. ſentit, quòd dictum eſt de hereditate iacente, allegat tex. Inſtit. de ſtipul. ſeruo. in prin. ſupra allegat. Exiſtēte igitur dominio directo vacuo, cum lex ciuilis dominium vtile tranſferat, acceſsione quadā neceſſaria efficitur, vt ne dū vtile, quòd iure ſuo transferre lex poteſt, & ſolet, ſed & directū transferatur, cū neceſſario apud aliquā perſonam imaginariam, & à lege confictam verſari debeat, & quodāmodo dominium ciuile in totum effectum ſit, nā vbi non eſt perſona, in qua dominium naturaliter directum requieſcere poſsit, ſequitur perſonā à lege ciuili ſuppoſitam, potius quàm vacuum & expoſitum habeatur, & ita natura ipſa huic ciuili actioni conſentire videtur. Facit quod notat Bart. in. l. 2. in nu. 1. ff. de bono. poſſeſ.

Sic videmus poſſeſsionem ciuilem vacā 14
tem, ipſo iure cum naturali coniungi, nullo etiam actu vel ciuili, vel naturali, imò nec voluntate explicita interueniente, vt. ff. de acquiren poſſeſ. l. ſed ſi nolit in gloſ. & ita vltra doctores noſtros habes rationē, quare dominium directū ad hæredem, & prius in hæreditatem iacentem transferatur rerū hęreditariarum, & quare etiam dominium directum rerū legatarum in legatarios ipſo iure tranſeat. Quòd ſi dicas, in legatario ceſſare neceſsitatem transferendi dominiū directum, cum ſit, apud quem remaneat, ſcilicet apud hæredem, vt in. l. nō eo minus. ff. de rei vend. reſpōderi poterit, cum in eum eſſet ciuiliter trāsferendum, vt dictum eſt, melius fuiſſe, recta via in legatarium tranſire, vt circuitus vitaretur, vt in. d. l. à Titio. ad quod fac. ff. de condict. indebit. in. l. dominus teſtamento, & quod gloſ. penul. notat. in clement. vni. in. §. fin. de ſumma Trinita. & fide cathol. & in clement. auditor. de reſcript. & glo. in. l. interdū. ff. de minor. & gloſſ. in. l. 1. C. de tempor. in integr. reſtitutio. &, ſi bene conſideras, eſt etiam gloſſ. in. l. ſi intra. C. de in integr. reſtitut. Tiraq. in tract. de vtroq; retractu ſecūda parte. §. 2. gloſſ. prima, nume. 24. & nume. 71. & per eundem in fine illius tractat. quæſtio. 5. nu. 25. vbi plures allegat. Sed in propoſita ſpecie eſt textus expreſſus in. l. 1. C. commu. de legatis verſiculo. Et hæc diſponimus, vt cum intellexit Accurſius, qui ſolus leges
15 perfectè intellexit, in dict. l. dominus teſta- *Laus Accurſii.*
mento. in gloſſ. fina. vbi etiam allegat alias leges, quæ ad hoc poſſunt induci.

Verum tamē eſt, quòd licet dominium vtile, & directum ex vltima voluntate per legem

legem ſine appræhēſione poſſeſsionis trāſferatur, non tamen ita perfectè acquiſitum videtur, ſicut acquiritur, ſi iure gētium per appræhenſionem quæratur, ideò tale do-
16 minium cū hypothecaria vtili, & actione perſonali cōcurrere poteſt, vt in dict. l. 1. & in. d. l. fi. C. de ſacroſanct. Eccleſi. quod nō eſſet, ſi iure gentium plenè, & non iure ſolo ciuili eſſet acquiſitum, vt optimè declarat Ioann. Fabr. in. §. ſed olim. inſtitu. de legat. Bart. etiam in dict. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſi. num. 15. per text. notabilem, quem adducit in argument. in. l. in bello. §. ſi quis ſeruū. ff. de capt. & poſt limi. reuer. quem in varijs locis maximè doctores commendant, plures (vt ſolet) congerit Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu. 1. part. §. 1. in gloſſ. 7. num. 70. & eſt optimus tex. in. l. tertia in fin. vbi gloſſ. C. de his, quæ vi, met. vēca. fiunt.

Maximæ autē vtilitatis eſt, vt Eccleſiæ detur hoc hypothecæ priuilegium in. d. l. fina. C. de ſancroſanct. Eccleſi. plures enim vtilitates hypotheca parit, quā ſola acquiſitio dominij, cum ex ea Saluianum interdictum, quod poſſeſſorium eſt, producatur, ex quo tot vtilitates hodie eliciunt doctores recentiores, vt ſi eas conſideraſſent anti qui iuris conſulti, longiorem tractatum, quàm ad ſenatus conſultum Trebellianū, vel legem Falcidiam, ad Saluianū interdictum compoſuiſſent, nec ita neglectum, & ſterile relinquiſſent, nec dignum, vt in Iuſtiniani. C. de eo ſpecialiter tractaretur, ſed acceſſoriē ſimul cum precario, & quod in ff. apud titulum demigrādo collocaretur, in quo licet aliquantum à noſtro argumento digredi videamur, tamen, quia & ad intellectum dict. l. fin. & bonorum Eccleſiaſticorum naturam, & actiones pertinet, & vtilitas huius articuli hoc exigit, non nihil in hoc morabimur.

Videamus ergo, an Eccleſiæ ex priuilegio dict. l. fina. Saluianum interdictum, detur: & vtrum regulariter omnibus hypothecariam habēntibus hoc remedium cōpetat, & imprimis text. habem⁹ expreſſum in. l. 1. C. de prēcario, & Saluiano interdict. qui vult Saluianū interdictū ſolum in materia locationis, & conductionis, nec alij habēti hypothecam dari. inquit enim lex. *Si te non remittente pignus, debitor tuus ea, quæ tibi obnoxia ſunt, venumdedit, integrū tibi ius eſt, ea per ſequi nō interdicto Saluiano (id enim tantummodo aduerſus cōductorem, debitorem tè competit) ſed ſeruiana actione, vel quæ ad exemplum eius inſtituitur vtilis aduerſus emptorem exercenda eſt.* Ecce textus expreſſus, quòd habēs hypothecam aduerſus alium, quàm cōductorem non habet Saluianum interdictum, ſed ſeruiana actione, vel quaſi ſeruiana, quæ vtilis eſt, vti debet. Nec intellectus gloſſ. ibidem poteſt ſuſtineri, ſcilicet quod denegetur interdictum Saluianum directum, vtile tamen competat, quia eſſet ineptiſsimum volentem agere Saluiano remittere ad actionem hypothecariam, ſeu ſeruianam directam, vel vtilem excludendo eum à Saluiano interdicto, ſi vtile ei Saluianum competeret, voluit ergo lex excludere tam ab vtili, quam à directo ſaluiano, cum loco eius ſubſtitueret aliam vtilē, vel directam actionem, alioquin ſolam directam ſeruianam ſubſtituiſſet. Deniq; ibidem excluditur à Saluiano directo, & loco ipſius ſeruiana directa, & à Saluiano vtili, & loco eius vtilis Seruiana cōceditur. Præterea ſi vtile Saluianum ibidem cōpeteret, inique à iudicio Saluiano repellitur, quia, vt ſuſtineatur iudicium ex actione ſimpliciter intentata, ſufficit, vt ea actio vel directè, vel vtiliter cōpetat. argumento text. in l. ſed & ſi poſſeſſori in. §. itē ſi iurauero. ff. de iure iurād. quod apud omnes extra omnem eſt controuerſiam, vt apparet ex ijs, quæ Iaſon in. l. 2. §. & harum. col. 8. nu. 32. de verbo. obligatio. & Pinell. in. l. 1. ſecunda parte, de bon. mater. nu. 8. cum verū ſit eum, cui vtile Saluianū interdictū cōpetit, poſſe ſimpliciter interdicto Saluiano intēdere, maximè cū formulę actionū fuerint ſublatæ, & hoc interminis declarat Bart. meli⁹ quā ſupradicti in. l. 1. nu. 23. & 24. ff. de actio. & obliga. manifeſtè ergo apparet

in dict.l.1.C.de præcar.& Saluia.interdict. tam vtile,quàm directum Saluianum habenti hypothecam ex alia causa,quam ratione locationis, vel cóductionis, denegari. Nec hoc est sine ratione,quia Saluianú interdictum,quod possessorium est,in locatione nititur, cum res inuectæ, & illatæ in rem conductá,quæ domino sint hypothecatæ,vt in.l.certi iuris.C.locat.quodámodo possessæ fuisse videntur,cum domú ante conductam, quam tu tenes, ego per te possideam,vt in.l.quanuis,§.quod per colonum.ff.de acquir.possess.cum alijs. Ideò res ibidem inductæ etiam quodammodo videntur possessæ, quasi possidens continés, & contentú etiam possidere videatur. vt.d.Bal.in.l.de his. C. de furtis per Alex. in.l.3.colu.fin.ff.de acquiren. possess.licet nó sit hæc possessio verè,quia est adipiscendæ hoc interdictum,quanuis Cynus id admittat in dict.l.certi iuris,vt res inductæ in rem conductam à domino prædij possessæ sint,quod non est verú,& vt ibidem dicit Bald.fabulatur in hoc Cyn. quia nó animo tradendi domino prædij inducuntur. Negari tamen non potest, quòd est causa quædam illa inductio,in qua Saluianú interdictum possessorium ad res ibi illatas coloni pro pensionibus rei locatæ innititur, vt sentit Bar.nu.2.5.&.6.in.l.solutum.§.solutam.ff. de pignor. actio. *Quid enim interest inferantur voluntate eius in domum eius, an ei tradantur*.vt inquit Vlpianus in.l.si ego in §.dotis in verbo. quid enim. ff. de iur.do. Ideò interdictum istud ad materiam solú locationis pertinet,eaque ratione cótinuatur,& quasi coniungitur cum titulo.ff. de migrando,qui ad eãdem causam pertinet, & cum titulo.C.de prẽcario,quia prẽcaria quodammodo est tua detẽtio, & non tibi, sed dominum agnoscés,detines. Item quia æquum erat,vt pro re temporali,& annua, breue,temporale,& possessorium remediú contra conductorem pro pensionibus daretur, cum de facto,& sibi ius dicere propria authoritate ob cessationem in solutione pensionis permittatur,vt in.l.æde.C.locat.quæ omnia cessant in hypothecis,quæ ex alijs causis, quàm locationis oriuntur, quia cum eis Saluianum interdictum nihil commune habet. Quod etiam ostenditur, quia Iulianus in.l.1.ff.de Saluian.interdict. Saluianum interdictum vtile concedit locatori non solum contra colonum pro rebus inuectis,& illatis,sed contra eum, qui ab eo emit,& ita apparet,quod omnes extensiones,quæ fiunt Saluiani interdicti,ad materiam locationis tantum pertinent, & ita speciale remedium est Saluiani interdicti,siue vtile sit,siue directum pro rebus inuectis,& illatis in rem locatam,non autem ad alias res pertinet. Et ita loquitur tex. qui ita debet intelligi in.l.1. C. de prẽcario,& Saluian.interdicto,in quo creditori volenti agere Saluiano interdicto ratione hypothecæ sibi ex aliquo contractu competenti respondetur,nó Saluiano interdicto agere posse,cum hoc solú ex causa locationis detur,sed hypothecaria vtili,vel directa agi debere,licet gloss.2.&.3.ibidem intellexerit totam legem de locatore, sed ille intellectus verus non est,habet enim illã difficultatem,quam supra posuimus,cui gloss. & doctor. malè satisfaciunt, nec potest satisfieri.

Et hæc opinio,quod dictum interdictú in alia materia nó competat, adeo vera est, vt Petrus,& Cyn.in dict.l.certi iuris voluerint debere restringi ad locatorem prædij rustici, non vrbani. Locatori enim prædij vrbani, nec vtile, nec directum competere,sed Bal.num.12.tenuit,dari directú pro inuectis in prædium rusticum, vtile pro inuectis in prædium vrbanum. Quod etiam tenuit Sali.ibidem.& gloss.in dict.l.1.quæ cõtra tertios possessores vtile interdictum cõcedit,solum in materia locationis id admittit,quod apud doctores antiquos adeo verum est,vt Speculator, qui nihil intactú relinquit in titu.de loca.§.postquã,nu.30. &.31.ponens libellum in Saluiano interdicto vtili,& directo semper exemplificet in rebus coloni inductis, vt si ab eo possessæ sint,sit directum,si ab alio,sit vtile Saluianum

num,nunquam tamen extra materiam cõductionis, & prat. Papien. in form.lib. in actio.hypothe.in Saluian.interdicto.Semper in materia coloni loquitur.& iuxt.terminos.l.1.ff.de Saluia.interdict.& ita habemus post Rofre.ibi Speculator.gloss. Petr. Cyn.Bald.& Sal.qui transeunt cum gloss. Fab.& Ias.in.§.item seruiana,num. 100.de actio.quiistud interdictum solum in materia locationis admittũt.Quod Azo.in summa etiã tenuit,siue loquamur de directo,siue de vtili, nec immeritò: quia licet actio vtilis,vbi verba deficiãt,ex eadem ratione, & mente legis competat,argumẽ.tex in.§. cæterum.Insti.de.l.Aquil.&.l. quoties.ff. de præscript.verbis.gloss.in.l.3.in princ.ff. de nego. gest.& in.l.si quis. id quod.ff. de iurisd.omni.iud. Tamẽ (vt supra diximus) lóge alia ratio est in materia locatiõis, ideò cessat ratio,& mẽs in alijs hypothecis.Item quia, etiam si esset similis ratio, non tamen actio vtilis defficientibus legis verbis,locũ habet,nisi per iuris consultum extendatur, vt inquit Barto.contra gloss.ibi. nu.5.in.l. curatoris.C.de nego.gest. non autem reperitur in iure, quòd aliquis iurisconsultus hoc fecerit,nec vllus tex.est in iure,loquẽs de Saluiano interdicto, qui non loquatur de rebus coloni,vt in.§.interdictum quoque Saluianum Insti. de interdictis,&. C. &.ff. per totum. Imò, vt dictú est.l.1.ff.de Saluia. interdic. quæ ex extẽsione cõcedit vtile Saluianum interdictum in hypotheca orta ex conductione id facit,*in quibus igitur casibus lex deficit,nõ erit nec vtilis actio dãda*. inquit Vlpian. in.l.si vero, in.§. de viro.ff. solut.matrim.neq; est nostrũ leges extendere,vt verbis Bart.vtamur.qui ita inquit per illum text.in.l.1. in fi.C.de iur. & fact. ignoran. Ideò cũ non reperiatur hoc Saluianum interdictú vtile,quod alijs creditoribus,quã locatoribus detur,nescio, ex quo capite hoc interdictum ita vagetur,cũ nec legibus, nec etiam authoritate doctorum sit admissum,nam ex antiquis solus Bart. tenuit vtile Saluianum interdictú dari cuilibet creditori habenti hypothecam in.l.1. C.de Saluia. interdic. versic.quæro.&.l.1. ff.eod.titu.nu.2.contra mentem aliorum omnium,ex posterioribus vero Angel.de Aretio,nu.9.in.§. item seruiana idẽ voluit allegãdo gloss.Bal.in.d.l.1.cũ tamen gloss. & Bal.sentiant contrarium,nam semper loquũtur in colono,vel emptore coloni, sed opinionis Angeli Aretin.nó solent esse angelicę,cum etiam dicat idem firmare Salic. & tamẽ Sali.in.3.oppo.vbi hoc tangit,apertè dicit contrarium. Verum est quod idem Sali.in.l.certi iuris.C.loca.col.fina.intelligẽs,vt puto de Bar.dicit, imò plus dixerũt aliqui,quod etiam in bonis aliorum debitorum loquitur,vt ibi dicetur. & ita Salic. non se firmat,sed remittit se ad ea, quæ dicit.d.l.1.C.de prẽcar.& Saluia. interdi.vbi expressẽ tenet,quòd nõ detur in bonis aliorum debitorum, sed solum conductorum tãtum. Ideò melius Negusant. in tracta. de pignor.3.memb.8. partis principal. nu.19. solum alleg.Barto. pro ista opinione Rip. etiã in.l.2.ff.de pignor.nu.19.qui tenet opinionem Bar.alleg.gloss. & alios in.d.l.1.cũ tamen gloss.& omnes alij,præter Bart.contrarium velint.& ita opi.Bar. est cõtra omnes antiquos,& est falsa, nam contra Bart. sunt dictæ leges,& fortissimę rationes.nec curandum est,quòd recentiores aliqui teneant opinionem Bart.ipsi enim non cõsiderant rationes,nec authoritates antiquorum,& decipiuntur in eorum allegatione, vt ex supradictis apparet.& ita opin. Bart. falsa est,& contra communem.

Sed estò(vt rem istã penitus dispiciam⁹) quod opinio Bartoli,sit vera,& quod vtile Saluianú interdictú detur habẽti hypothecam,etiã extra locationis, & cõductionis materiã,(nam de directo,cũ verba legis deficiant,nó est quid dicamus)non tamen ita generaliter,& indistinctè est admittẽdum Saluianum interdictú vtile, sed cum distinctione,nam legatarijs, & fidei cõmissarijs dari non potest,quia.l.1.C.cõmu. delegat. quæ hypothecariam illis concedit non directam,sed vtilem tribuit,idem dicendum est de ea hypotheca,de qua in.l. fina. C. de

ſacroſanct. Eccleſi. textus loquitur, cũ cõmuniceturibi illa hypotheca, quæ dict. l. 1. erat inducta, & hoc non eſt dubium, quòd vtilis ſit, non directa, cũ dict. l. 1. id expreſſẽ dicat, & quia non ex conuentione, nec ex expreſſa volũtate, ſed per legem inducitur, quo fit, vt hypotheca vtilis Saluianum vti le interdictum producere non poſsit. Hypothecaria enim illa per extenſionem, & vtiliter inducitur, ideo extenſionem aliam ſuſtinere nõ poteſt, vt ad Saluianum interdictũ vtile trahatur. Non enim datur multiplicatio actionum vtilium, nam euacuatur illa vis hypothecariæ actionis eò, quòd ſemel parturierat, vt inquit Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de acti. & obligat. atq; eſſet monſtrũ in iure, vt actio vtilis actionem aliã vtilem produceret, ideò opus eſt, vt ratione hypothecę interdictum vtile detur, quòd hypotheca ſit directa, non vtilis ſolum.

Ita videmus quod ſi habens actionem cedat, vtilem tranſfert tantum, & remanet apud eum directa, vt not. in l. quis ergo caſus. ff. de pecul. & in l. 3. ff. pro ſocio, & illa vtilis, quæ apud cedentem erat cauſalis, efficitur formalis, ſed ſi ceſsionarius cedat, nihil apud ſe retinet, quia erat ſolum apud eũ vtilis, quæ vnica ſola eſt, nec materiam propriam, ſed mutatã, & extenſam habet, adeo vt quæſitũ ſit à doctoribus, vtrũ actio vtilis datiua ſit, an natiua, quòd non arbitrabãtur habere præexiſtentem aliquam materiam. de quo per Bartol. in dicta l. 1. & per gloſ. & docto. in l. ex legato nominis. C. de lega. per gloſ. & docto. rubr. in fin. C. quo-
24 rum bonorũ lat. Bart. in l. prima. 2. lectur. C. de actio. & obligat. nu. 16. cum ſequent. ſed licet materiam habeat præexiſtentem, non tamen ea propria eſt, ſed mendicata, quæ alterius formæ capax non eſt, & ideo Saluianum interdictum, nunquam dari poteſt habenti ſolum vtilem hypothecam, quia daretur duplex extẽſio, vna ex hypotheca directa ad vtilem, quæ extenſio ponitur in dict. l. 1. C. comu. de lega. Altera de iſta vtili ad Saluianum extra ſuam materiã locatiõis, & ita vtile ex vtili produceretur, quod fieri non poſſe manifeſtum eſt. Ideò nec in materia vltimæ volũtatis, nec in materia l. fi. C. de ſacroſan. Eccleſ. Saluianum interdictum poterit competere.

Nec ſi rectè cõſideretur hoc interdictũ Saluianum eſt ita maximi momenti, & vtilitatis, vt vulgo exiſtimatur, quia licet ſit poſſeſſorium adipiſcendæ, vt Inſtitu. de interdict. §. interdictum quoque Saluianum, & ideo ſufficiat, poſſeſsionem ſolam coloni probari, vt ibi nota. & per Bart. & Paul. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & à ſententia in eo lata non appelletur, vt per docto. in. d. l. 1. C. de præca. & Saluian. interdi. vbi omnes hoc tenent. Ex quo etiam fiet, cum poſſeſſorium ſit hoc remedium, exceptiones, quæ requirunt latiorem indaginẽ, & ius proprietatis reſpiciunt, repellãtur in iudicio Saluiani, & ita cõmuniter ſolet ſeruari. Tamen, vt ego exiſtimo, non ita ſummarium, nec compendioſum eſt hoc iudicium Saluiani, quia omnia illa, quæ reſpiciunt proprietatem cauſæ principalis, ideſt obligationis, cui pignus accedit, non ſummariè, ſed pleniſsimè, non vnica ſententia, ſed tribus, etiãſi interdicto Saluiano actũ ſit, ſunt terminãda, & hoc manifeſtum eſt, nam hypotheca non poteſt ſine principali obligatione ſtare. ff. de pignor. in l. res hypothecæ. & in regula iuris vulgata. quo fit, vt duplex ſit iudicium in primo enim agitur, an obligatio principalis ſubſiſtat. vt in l. 1. C. ſi pignor. cõuentio. numerat. pecuni. in quo dubium nõ eſt opus eſſe pleniſsima cogitatione, & tribus ſententijs. Hoc enim proprietatis iudiciũ eſt hypothecarię actioni, vel Saluiano præiudiciale, ideo priùs de hoc cognoſcendũ eſt plenè, nõ enim priùs obtinere poteſt in hypothecaria, vel Saluiano, quàm ſi probatum fuerit debitum, cui hypotheca accedit, tex. eſt in l. fundum Titianũ, & in l. fundi quem, in fin. ff. de exceptio. tex. eſt. ff. famil. hercif. in l. 1. verſi. ſed ſi is, qui poſsidet, adeo quod ceſſabit hypotheca, vel Saluianum, vel ſilebit, donec debebito cognitum ſit, vt vult Bart, in ijs præiudicialibus, in quibus, abſolutoria lata in prima

prima, parit exceptionẽ rei iudicatę, in ſecũda, vt per ipſum. d. l. fundũ colu. fi. allegat. gloſ. in l. generaliter. eod. tit. & dict. l. 1. ff. famil. hercif. Sed abſolutoria lata ſuper de-
25 bito conſumeret hypothecã, ergo ſilendũ erit in hypothecaria, vel Saluiano interdic. ex ijs, quę Bar. ibidẽ nu. 9. & licet videatur, quod hypothecaria cũ perſonali poſsit cumulari, vt in authẽ. de fideiuſſo. §. ſed nec. col. 1. quod ſatis doctores torquet. Id tamẽ ex eo eſt, quod videatur eſſe præparatoria actio perſonalis ad hypothecariam ſecũdam aliquos, quo caſu comulatio admitti tur, vt per Deci. in l. ædita actio. nu. 70. C. de ędẽd. tamẽ id nõ impedit, quin plena cognitio debiti præcedere debeat, cũ ſine debito hypotheca ſtare non poſsit. Ideò alij volũt, qđ cõditionaliter cumulari poſsint in. d. §. ſed neq;, vt per Paul. de Caſt. de quo in ſimili ſupra dictũ eſt prima part. c. 4. nu. 12. alij vero ſimpliciter, quia eſt acceſſoria, vt per Soc. in. d. l. fundũ. nu. 3. de quo aliàs, nunc autem hoc ſufficit quod cognitio ſu-
26 per debito principali requiratur omnino, & quod, donec conſtat de debito ſufficienter (quod conſtare nõ poteſt, niſi res ſit iudicata) nõ poterit ad executionẽ in Saluiano, vel hypothecaria deueniri, niſi quãdo debitum quis nõ inficiatur, vt. ff. famil. hercif. in l. 1. & ita poteſt intelligi vltra docto. d. §. ſed nec. quia ibi nõ negabatur debitũ, ſed ſolum circa hypothecam erat controuerſia, & ideo quæſtio erat cõtra quẽ prius agi deberet. Facit text. notabi in l. ſi poſſeſſor. ff. de petitio. hæredi. & in l. non poſſumus. ff. ſi pars hęredit. petatur. Aliter enim intelligendo. d. §. vitiarentur plures regulę impedientes cumulationem, de quib. in l. ędita acti. deniq; in debito, cui hypotheca accedit, ſi hypothecaria agatur, duplex eſt petitorium iudicium, primum in eo verſatur, an debitum ſit: ſecundũ poſtquam cõſtat de debito, de iure hypothecę queritur, quia probari debet, rem hypothecæ ſubiectam in bonis debitoris obligãtis fuiſſe. ff. de pigno. actio. in l. rem alienam, hoc ſecũdum iudicium petitorium excuſatur per Saluianum interdictum: quia poſſeſſorium eſt, ideo exceptiones reſpiciẽtes petitoriũ, niſi in continenti oſtendantur, excluduntur. Et in hoc compendioſius hoc remedio agitur, vbi competit, quia non erit duplex petitorium, nũquam tamen excuſatur pleniſsima (ſi negetur) debiti cognitio, ſicut, ſi cum fideiuſſ. ageretur, poſſet de defectu debiti excipere, & cognoſci de debito deberet. C. de non nume. pecu. in l. tam mãdatori. Ita poſſeſſor pignoris de non iure principalis debiti opponere poteſt, & plene cognoſcetur, & tres ſentẽtiæ ſuper debito requirũtur, ſed poſt has tres ſententias ſuper pignore, ſi Saluiano interdicto agatur, erit vnica ſentẽtia ſufficiẽs & de poſſeſsione nõ de proprietate rei pignori deditę cognoſcetur, niſi in continẽti exceptio dominij oſtẽ datur. Et ita habes interpretatã materiam Saluiani interdict.

Nec cõtra ſupradicta me mouerit, quòd dici ſolet, in incidẽtibus non eſſe opus pronunciare, quia pronunciando ſuper cauſa principali videtur in incidẽti pronunciatũ per proceſſum ad vlteriora iuxta gloſſ. vbi doct. C. de ordi. iudicio. gloſſ. & docto. in c. 1. extra de ordi. cogni. in l. 1. ff. de mino. in l. ait prætor. §. permittitur per Iaſ. ff. ſi quis in ius voc. nõ ier. in l. ex quacunq; vbi alleg. alios. nu. 45. Felin. extra de re iudi. c. ſuborta. nu. 3. quia id non procedit in materia noſtra, in qua cauſa principalis eſt debiti, pignoris vero acceſſoria, ideo, ſi opponatur, quòd pignus nõ ſubſiſtit, quia nec debitũ eſt, de eo ante omnia cognoſci, & iudex imprimis ſuper hoc pronũciare debebit, vt in dict. l. fundum, & in. d. l. fundi. ff. de exceptio. & famil. hercif. l. 1. qui tex. hoc apertè probãt, eritque optima declaratio ad dict. glo. l. 1. C. de ordi. iudicio. & licet cõcedere mus, nõ opus eſſe pronũtiatione, ſed ſufficere ſuper pignore pronuntiare, vel hypothecaria, vel Saluiano, videreturq; exceptiões procedendo ad ius hypothecæ iudex repuliſſe, negari tamen nõ poteſt, cum ſit præiudiciale hoc iudicium, debere plenè de debito cognoſci, & etiam, ſi in Saluiano pronũ-

cietur, appellationem dari non ratione Saluiani, quod poſſeſſoriũ ſit, ſed ratione quęſtionis incidẽtis, cui ſit præiudicium in proprietate. Et ita intelligi debet, quod dici ſolet, quòd vbi cauſa poſſeſſorij, & dominij ſunt complicatæ, etiam in poſſeſſorijs dabi
27 tur appellatio, vt notat. Bal. cõſi. 141. cir. fi. lib. 1. &. 330. ideo, niſi debitũ fateatur reus, licet neget ius hypothecæ, vel res ſit iudicata ſuper hoc, ſemper appellari poterit, etiã in interdicto Saluiano, vt ferè in ijs terminis reſpondet. Bal. conſil. 331. volu. 1. Niſi enim pars fateatur ſemper de incidẽti principali, cuius acceſſorium intẽtatur, cognoſci debet, tex. ſingu. in. d. l. 1. famil. hercis. ff. quã valde not. & ſatis probatur in dict. l. fundũ, & in. l. fundi. & ita intelliges quãdo dicatur mixta cauſa poſſeſſorij, & petitorij, quod doctor. non ita declarant. Nam
28 quod Auguſt. Bero. in ſuis quæſtionibus.
Contra Bero. q. 91. vult, quod ſi remedijs poſſeſſorijs, ſeu interdictis recuperandæ, retinẽdæ, vel adipiſcendæ reus condẽnetur in poſſeſſione, ſimulq; in reſtitutione fructuum à tali ſententia poſſit appellari, quia mixta eſt hæc cognitio, falſum eſt hic eſſe mixturam petitorij, & poſſeſſorij, quia in interdictis etiã ſua natura veniunt fructus, vt ſunt notiſſima iuris principia. ff. de vi. & vi. arma. in. l. 1. §. ex die. ff. quod vi, aut clam. in. l. is. qui puteum. §. quod autem prætor. ff. de interdict. in. l. 3. cum ibi notat. cũ ergo ex natura interdictorũ fructus veniãt, neſcio, quo pacto ex fructuũ condẽnatione mixta cauſa dicatur, quæ ſimplex, & pura eſt, nec aliquid extraneum à ſua ſimplici natura contineat. Nam quod Bald. C. ſi de momenta. poſſe. l. vnic. 2. colu. vult. quod ratione fructuum appelletur nõ id ratione mixturæ. Bal. contingere dicit, ſed alia ratione id erit, quã Ripa ponit in. c. fæpe, col. fina. extra de reſti. ſpoliat. ſi verũ illud dictũ ſit: ſed quia longam diſputationem requireret, & maximam difficultatem habere videtur, vt ad rem noſtram redeamus, omitto.

Ex ſupradictis intelliges, quomodo dominium rei emptæ ex fructibus, ſeu redditibus Eccleſiaſt. pertineãt ad Eccleſiam, ita vt in eam tranſeat dominium ipſo iure, & an ſit vtile, vel directum dominium, quod ſine traditione quæritur Eccleſiæ, & quomodo etiam cum ipſo concurrat obligatio perſonalis, & hypothecaria. Ex quibus neceſſariò infertur idem iuris eſſe de ipſiſmet fructibus, ſeu redditibus, quod eſt de rebus ex eiſdem redditibus comparatis, vt dominium ſaltim vtile eorum ſit apud Eccleſi. Ideoq; clerici ipſos in alios vſus, quã in ſibi neceſſarios, & alios pios expendendo lege iuſtitiæ peccati mortalis, & reſtituendi neceſſitatis reum fieri.

Quinimò, quod fortiùs eſt, poſſet defendi non ſolum dominiũ eorũ, quę ex fructibus beneficiorum acquirit clericus, in Eccleſiam trãferri, verum etiam poſſeſsionẽ, exemplo ſerui, vel filijfamilias, qui ex re peculiari noſtra non ſolum dominium, verũ etiam poſſeſsionem etiam ignorãtibus nobis acquirunt, vt probatur in. l. 1. in. §. item acquirimus. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi ita Paulus inquit. *Item acquirimus poſſeſſionem per ſeruum, aut filiũ qui in noſtra poteſtate eſt, & quidem earũ rerum, quas peculiariter tenẽt, etiã ignorantes, ſicut Sabino & Caſſio, & Iulia no placuit, quia noſtra voluntate intelliguntur poſſidere, quod eis peculium habere permiſerimus,* ſic etiã clericus peculij nomine hęc habere videtur, vt per tot. extra de pecul. clerico. qui etiã ex re Eccleſiaſtica, (vt dictum eſt) vt ſeruus dño, vel filius patri, ita Eccleſiæ acquirit. Et ſic in hac ſpecie cellarent ſupradicta, & dominiũ, quod Eccleſię quæritur, eſſet directũ, & non vtile, cũ ſimul cum poſſeſsione quæratur, maximè quia, vt in d. §. item acquirimus, notant oẽs, etiã ſi nõ ad peculiũ dictæ res pertinerẽt, dominium earũ, & poſſeſsio per ſeruũ, & filiũ patri, vel dño etiã ignoranti quæritur. Sic dicendum videtur in clerico, vt ſimul dominiũ & poſſeſsionẽ Eccleſiæ acquirat illis ex cauſis, ex quibus Eccleſiæ ſolet acquirere, vt exẽptis ex fructibus beneficiorũ: ſed quia noua eſt hęc opinio, nec per aliquẽ doctorũ noſtrorum tenta ideo alijs iudicandũ relinquo.

SVM-

¶ Summarium ex Cap. III.

1 *ANte diuiſionem quando bona Eccleſiarum erant communia, clerici ſolum victum, & veſtitum poterant ſibi vindicare.*
2 *Diuiſio nõ mutauit naturam bonorum, & infra nume. 7.*
3 *Quo tempore facta fuerit diuiſio.*
4 *In Epiſcopo, vel clerico non eſt impedimentum teſtandi ex perſona ſua.*
5 *Qui iure ſuo poteſt in vita diſponere, & in morte diſponere poterit.*
6 *Matrimonium in morte cõtrahi poteſt, & an filij legitimentur tunc in præiudicium ſubſtituti, & quid de voto religionis.*
7 *Diuiſio non mutauit Eccleſiaſticorum bonorum naturam.*
8 *De intellectu cap. final. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. latiſſimè.*
9 *Reprobatur intellectus Decij ad dict. cap.*
10 *In poteſtate clerici, & arbitrio eſt, in quos vſus pios ſuos redditus diſpenſet.*
11 *Diuiſio antiqua, clericorum culpa eſt cõturbata.*
12 *Pars pauperum an perierit, & cuius damno perierit.*

CAPVT. III.

De diuiſione bonorum Eccleſiaſticorum facta per canones antiquos.

1 QVintum argumentũ pro iſta opinione, quod fortiſsimũ videtur, tale eſt, nõ eſt dubium, quòd vbi ante diuiſionem bona Eccleſiarum poſſidebantur in communi, clerici ſolum poterant ex bonis Eccleſiaſticis ſibi neceſſaria in victum, & veſtitũ aſſumere, reliqua erãt in pauperum ſuſtẽtationem, & alias Eccleſiæ neceſsitates expendenda, tex. eſt in canone, quia tua fraternita. 12. q. 1. vbi inquit Gregorius, *communiter autem viuentibus, iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate & ad implenda miſericordia, à nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, neceſſitatibus in cauſis pijs, ac religioſis erogandum eſt, Domino magiſtro omnibus dicente, quod ſupereſt, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis,* & diuus Hieronymus in eadem cauſa. 12. quæſt. 1. cuius verba ſupra retulimus in primo argumento, & nullus eſt, quem ego viderim, qui non fateatur ante diuiſionem factã de fructibus & oblationibus Eccleſiaſticis, inter Epiſcopum, & fabricam Eccleſiæ, pauperes, & clerum, de quá in canone mos eſt, & in cap. vobis, & in cap. vulteranæ in fin. & in cap. conceſſo. & in cano. quatuor, & in cap. de redditib⁹, & in cap. cognouimus. 12. q. 2. Epiſcopum & alios clericos vltra ſibi neceſſaria ex cõmunibus rebus vſurpãtes ad reſtitutionem teneri. Hanc enim opinionem admittunt etiam omnes illi, qui attenta diuiſione præfata improbant opinionem archidiaco. & ita expreſſẽ, B. Tho. 2. 2. q. 185. artic. 7. ſupra allegat. & ibidẽ Caiet. affirmant hoc, & R. P. F. Domi. de Soto. d. lib. 10. de Iuſt. & iur. q. 4. art. 3. & hoc manifeſtè apparet, quia ex lege iuſtitiæ re cõmuni nõ poteſt quis vti, niſi ad eos vſus, ad quos res ipſa deſtinata eſt, vt in. l. Sabinus cũ ſua gloſſ. ff. commu. diuid. & in. §. religioſum, &. §. in cõmunẽ. vbi bene loquitur Ioan. Fab. Inſtitu. de rer. diuiſio. facit tex. cũ ſua gloſ. in. l. arboribus in. §. nauis. ff. de vſufruc. & textus in. l. in re cõi, & in. l. ſed ſi inter me & te. ff. de ſeruitu. vrbano. prædi. nec enim iure cõi, quod priuatim intereſt vni⁹ ex ſocijs, fieri debet, ſed quod ſocietati expedit, vt inquit tex. optimus in. l. actione, in. §. Labeo. ff. pro ſocio, & ita in illo tex. notab. d. c. res Eccleſiæ. 12. q. 1. ſupra alleg. inquit Vrbanus Papa. *res Eccleſiæ nõ quaſi propriæ, ſed vt cõmunes, & Deo oblatæ cum ſummo timore, nõ in alios, quam in præfatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ.* Iuſtitię enim munus eſt (vt Cicero inquit) vt cõmunibus pro cõmunibus quis vtatur, priuatis autem, vt ſuis.

Sed dicta diuiſio non immutauit dictorum bonorum naturam. Quod patet, 2 quia hæc diuiſio fuit facta tẽpore Simplicij,

Papæ

Papæ, vt probatur in canone de redditibus supra allega. 12. q. 2. & tempore Gelasij posteà fuit etiam statuta, vt in dict. cano. vobis enim, vt per Gregorium in. c. cognouimus cum sequent. quæ tempora supputat
3 R. P. Dominic. de Soto in. d. q. 4. art. 3. qui dicit factam fuisse diuisionẽ prædictam circa annum Domini quadringentesimũ septuagesimum, & ita ferè centesimo abhinc anno supra millesimũ, post lõgum postea tempus in concilio Lateranen. 2. de quo in cap. cum in officijs. Secundùm canones antiquos, vt ibi refertur, & postea per Innocẽ. 3. licet malè inscribatur. Alex. 3. in cap. relatum. 2. extra de testamen. fuit declaratum, acquisita ex redditibus Ecclesiasticis moriente beneficiato ad Ecclesiam pertinere, nec de eis disponere posse, & si in diuersis Ecclesijs habuerit beneficia, inter illas Ecclesias esse diuisionem faciendam, secundũ congruam extimationem, vt ibi dicit text. quod non esset, si fructus beneficiorum, & ex illis acquisita mobilia, vel immobilia, ita fierent beneficiati, vt sunt bona proprij patrimonij, de quibus libere disponere potest, vt ibidem. Signũ ergo manifestissimũ est, per diuisionem non esse mutatã dictorum bonorum conditionem.

Item si proprij dicti fructus fierẽt, & de his disponere possent clerici arbitrio suo, aliquis text. reperiretur in iure, qui dictã dispositionem permitteret, cum tamen in toto iure canonico non reperiatur talis permissio, imò per contrarium prohibetur, ne clerici testentur de quæsitis ex re Ecclesiæ, & ex redditibus beneficiorũ, vt in dict. c. relatum, vbi tex. loquitur de eo tẽpore, quo erãt erecta beneficia, & bona clericis separata, vt hodie sunt, & de quibus est proposita nostra quæstio, & huius nostri tractatus argumentũ, vt ex dict. text. in fin. ipsius apparet. Ergo verum non est clericum effici dominum fructuum sui beneficij ita, vt liberè possit disponere in vsus, quos voluerit, si enim hoc potest, posset etiã testando hoc facere, vt in authẽ. ingressi. C. de sacro sanc. Eccles. & in. c. filius noster. de testam. quod patet, quia impedimentũ testandi nõ est in episcopo, vel clerico ratione suæ per
4 sonæ, cũ nec Episcopalis status impediat, quominus dominus bonorum esse possit: nisi enim proprio voto quis se astringat ad ea, quæ supererogationis sunt, nõ tenetur, ita ex consequenti, nec ad paupertatem, vt d. S. Thom. 2. 2. q. 185. arti. 6. & F. Domini. de Soto. d. lib. 10. q. 4. art. 3. ideo Episcopi, & clerici apti sunt ad dominium bonorum obtinẽdũ, & de eo in vita, & in morte disponere possunt, vt cap. 1. & c. quia nos. extra,
5 de testamẽ. & 12. q. 5. per totam. Si ergo de fructibus beneficiorum non possunt testari, id magis ex rei natura, quã personæ proueniet, nec enim in iure admittitur, vt qui iure suo in vita de aliqua re disponere potest, id in morte facere prohibeatur, nã quę sanis conceduntur, & infirmis sunt permissa. l. senium. C. qui testam. fac poss. text. in l. sanum. C. de transactio.

Sic videmus, quod proximus morti po-
6 test votum religionis emittere, & sicut si sanus corpore esset, obligatur. vt in. c. sicut. 2. extra de regularibus, & eadẽ ratione, & matrimoniũ eo tempore contrahi poterit, vt per Ioan. And. in regu. sine culpa. de regul. iur. lib. 6. Cyn. in. l. nuper. C. de natur. libe. & latè Alberic. in. l. cũ. quis eod. titu. Deci. consi. 175. nu. 7. & per doctores in. l. sed est quæsitum. ff. de lib. & posthu. & operatur omnes effectus, vt filij legitimati excludãt substitutum, quicquid ibidem malè Socin. post Ange. qui volunt, quod tale matrimoniũ fieri nõ possit, vt filij legitimẽtur in prę iudiciũ substituti. & Dec. in. c. in præsentia, nu. 56. de probatio. in eo, quod de matrimonio loquitur, licet in eo, qđ de ingressu religionis eo tẽpore facto, vt non excludatur per eũ substitutus cõcludit, benè dicãt. est em̃ maxima differẽtia quicquid Parisi. cõsi. 13. nu. 56. & 57. vol. 1. quod non examino, quia est extra nostrum argumẽtum, si aliquando Deus otia dederit, vt alia nostra scripta, quæ nunc propter varias occupationes in puluere iacent, vulgare possimus, latiùs ostẽdemus, interim sufficiat allegare tex.

Cõtra Angel. & Socin.

Contra Parisi:

tex. ferè expressum in. l. filium quem in po testate. §. sed cum exhæredatio. in ves. erit, ergo vennale beneficium. ff. bonorũ poss. cõtra tabul. & c. de his. de sepultu. ex quorum cõcordia veritas opinionis nostræ apparebit, facit tex. in. c. fi. 20. q. 3. ergo disponere clerici possent infirmi, sicut sani, si in bonis non esset aliqua qualitas, vel natura, quæ eos impediret, hæc scilicet, quod dñi non sint, alioquin personæ ipsorũ hoc tribuere, vt nõ possint, vt in vita possunt, disponere in morte, esset inuidiosum, quod olim. l. Fusia caninia inuidiosẽ statuebatur & iustè correctũ est, vt inst. de. l. Fusi. canitollend. & in terminis nostris contrarium disponitur in dict. c. 1. de testamen. & in capitulis alijs supra allega. & licet Petrus, & Cyn. in authẽt. licentiã. C. de Episc. & cleri. dicãt inuidiã supradictã induci ab eis, qui dicũt clericos in vita vsufructuarios esse in morte vsuarios, tamẽ vel id efficiet, vt nec in vita vsufructuarij sint, & ita faciet pro ista parte, vel vt Bald. ibidẽ dicit, ex eo fit, quod in administratoribus potẽtius est ius in vita, quàm in morte, quod istam opinionem confirmat.

Sextò probatur dict. opinio, nã diuisio, de qua in præcedenti argumento, facta fuit ea ratione, vt meliùs Ecclesię ministerio, & pauperum necessitatibus prouideretur, vt ex ipsis text. supra allegatis apparet, sicut etiã similiter factũ est: vt licet initio orientis ecclesiæ tempore Apostolorũ prædia, & immobilia vendebãtur, & pretium afferebatur Apostolis, & Dei ministris. vt pauperibus, & ipsi Ecclesiæ deseruientibus ex illis prouideretur, postea tamen, vt inquit tex. in. c. videntes. 12. q. 1. *Videntes summi sacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis posse conferre, si hæreditates, & agros, quos vendebant, Ecclesijs quibus præsidebant episcopi, traderent, eo quòd ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quam futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus cõmunem vitã ducentibus, quàm ex pretio ipsorum, cæperunt prædia & agros, quos vẽdere solebãt, matricibus Ecclesijs tradere, & ex*
7 *sumptibus earũ viuere.* Et sic ista mutatione vsus rerum ipsarum natura nõ est mutata, nã eodem modo fructus ex eis expendi debent, quo olim res, & pecuniæ ipsæ expẽdebantur, vt in canonibus supra allegatis, ita eodem modo facta diuisione ab Ecclesia in dictas quatuor portiones, natura ipsa rerũ Ecclesiasticarum non est mutata. Eiusdem enim rationis partes esse solent, cuius est totum, vt. ff. de vsur. l. qui scit, &. ff. de rei vendica. in. l. quæ de tota. cum multis concordant. allegat. in glos. d. l. qui scit. in. c. si ciuitas, vel castrum. vers. ratione de sentent. ex cõmunica. lib. 6. latè Philip. Dec. in. l. cuius effectus. ff. de regu. iur. ideo sicut ante diuisionem fructus omnes debebant in pios & necessarios vsus, & à canonib⁹ approbatos expẽdi, ita etiam post diuisionem quælibet ipsorum pars eo iure censebitur. & ita dicit R. P. F. Petrus de Soto. supra aleg. in lib. de institu. sacerdo. 2. parte de vita sacerdo. sermo. 3. de bon. Eccle. & eorũ vsu, etiã facta quacunq; diuisione, & applicatis quocunque modo fructibus Ecclesiarũ ministris, non posse licitè ex eis aliud quæri, quã sustentationem honestã quidem pro qualitate ministri, & ministerij. Hæc ferè sunt verba ipsius, diuisio enim hęc sicut de prædio, quod vt meliùs colatur, diuidi solet, dicimus, in nihilo mutat rei naturam, vel destinationẽ, vt probat textus notab. in. l. Caius Seius, §. Titius. ff. de legat. 2. & in terminis nr̃is, quòd diuisio prædicta non mutauerit Ecclesiasticarum rerũ naturã, sed quòd de portione assignata, quod superfluũ est, debeat in vsus aliorum, cum quibus ante diuisionem ea portio erat cõmunis, deseruire, tex. est notab. in dict. cap. vobis enim. 12. q. 2. vbi Gelasius, qui ordinauit, vt debeant fieri dictæ portiones fructuum Ecclesiasticorum inter Episcopum, clerum, pauperes, & fabricã, disponit, quod si de quarta, quæ obuenit fabricæ, aliquid ex annua impensa supererit, vel reseruetur, vt si maior emerserit fabrica, possit eidẽ deseruire, vel ematur possessio, quę vtilitates respiciat cões. Eadẽ ergo ratione, si de parte pauperũ Episcopi.

vel

vel clerici aliquid ſuperfuerit, vel ſeruabitur neceſsitatibus ipſius cleri. ſi ſe inſinuauerint, vel in communes vſus rebus emptis erunt redditus ampliandi. Non ergo diuiſio naturam rerum Eccleſiaſticarum mutauit. Et hoc etiam in caſu cõtrario, quod ex portione applicata clericis debeat etiã prouideri fabricæ Eccleſiæ, ſi indigeat, probatur per text. notab. in cap. fina. de his, quæ
8 fiunt à maiore parte capituli. quem ad hoc not. D. Marti. Nauarr. in. d. tracta. q. 1. nu. 39. in fin. allegãdo Abba. qui eum maximè cõmendat in cap. cum omnes de conſtitu. col. 3. & ibidem Felin. vbi probatur, quòd, ſi fabrica Eccleſię indigeat, poteſt Epiſcop. cum maiori parte capituli ex portione capitulari aliquid applicare in præiudiciũ etiã partis minoris repugnãtis. ex quo apparet, ea bona eius eſſe naturæ, & ad dictos vſus videri deſtinata, ad quos ſocius inuito ſocio, poteſt vti, vt ſupradictum eſt, alioquin ſi non eſſet talis naturæ, potior eſſet conditio cuiuſlibet cõtradicẽtis, ſi ſua intereſſet, quam aliorum conſentientium, vt in l. ſabinus. ff. commun. diuidun. & in. l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſtic. prædi. tex. notabil. in. l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus. manu. libe. non fiant, & in. l. ſi autem plures. ff. de aqua pluu. arcend. text. vbi Din. & alij in regul. quod omnes tangit. de regul. iur. lib. 6. & cap. cum omnes, de conſtitutio. fab. in §. ex non ſcripto, num. 11. inſtitu. de iur. natural. gent. & ciuil. per recentiores in dict. cap. cum omnes, & in. l. ſuum hæredem. §. fina. de pact. & in. l. maiorem, & in. l. reſcriptum, & ita Abb. in cap. cum omnes intelligit dictũ cap. fi. de his, quæ fiunt à prela. quòd ideo ibidẽ id fieri poteſt, quia diſponitur de re ad vſum, ad quem deſtinata eſt,
9 & licet aliqui ex recentioribus ibidem, vt
Contra Deci. Deci. 3. col. dicat illum tex. intelligi ex noua prouiſione ſummi Pontificis, id tamen nihil promouet, ne ille tex. probet dictam concluſionem, quia Pontifex id nõ ſtatuit ſine ratione, & id vult eſſe ius cõmune, cui⁹ ratio nõ poteſt aliunde ſumi, niſi ex natura Eccleſiaſticorum bonorũ. nec me mouet, vt ab hoc intellectu recedam, alia ſubtilis ponderatio Decij, qui vult contra Abbatis opinionem nõ poſſe dici in dict. cap. fina. Ideò maioris partis volũtatem in prę-iudicium aliorum attendendam, quia vtuntur de re ad vſum, ad quem eſt deſtinata, quia ſi hoc eſſet verum, non requireretur cõſenſus maioris partis, ſed ſufficeret voluntas cuiuſlibet, quæ ſufficere ſolet etiam alijs inuitis, vt res in vſibus deſtinatis verſetur, vt. l. vel quæ pater in. §. primo. & l. ſi plures, & l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. fune. non enim Deci. cõſiderat, nec *Contra Deci.* rectè perpendit, quòd licet vſus deſtinatus fructuum, ſeu reddituum Eccleſiaſticorũ ſit, vt in pauperes, Epiſcopũ, clerum, & fabricam expendantur, tamen eſſe aliam deſtinationem ſpecialem, facta dicta diuiſione, ſecundùm quam eſt alia magis ſpecialis prouiſio, per quam in dict. cap. fin. fructus illi clero ſpecialiter, & principaliter erant deſtinati, vt ex illis ſuſtẽtarentur, à qua deſtinatione ſpeciali non eſt recedẽdum, niſi cõſtet ſuperfluere in illum ſpecialẽ vſum, & indigere fabricam, ad quod iudicium interponendum, non cuiuſlibet ſententia ſufficiet, ſed maioris partis, cum id non ſimpliciter & ex ſola aſſertione verum ſit, ſed ex cauſæ cognitione dependeat. Ideò maioris partis conſenſus eſt neceſſarius, maximè quia licet verum ſit, clericum ſupeflua in pios vſus debere diſpenſare, non tamen
10 aſtringitur, vt magis in hos, vel in illos vſus diſpenſet, vel in fabricam, vel in hoſpitalitatem peregrinorum, vel in pauperes, vel in captiuorum redemptionem, vel alia ſimila, ſed illius pendet arbitrio, vt dicit diuus Thom. quodlibet. 6. artic. 12. ad 3. & ex mẽte plurimorum decretorum. 12. quæſtio. 2. colligitur, quod ſequitur benẽ D. Marti. in dict. tract. quæſt. 1. num. 60. ad priuandũ ergo clericum hoc arbitrio, opus eſt, vt interueniat cauſa, cuius dijudicatio non vnius, vel alterius, ſed maioris partis ſententiæ eſt cõmittenda. Et hic eſt notab. intellectus dict. cap. fi. quod docto. noſtri nõ ſatis explicãt, & hoc ita probatur, nã, vt ſupra ſupra etiam vidimus contra gloſſ. in. l. cum hi. §. eã tranſactionem. ff. de tranſactio. nõ ſufficit, vt alienatio rei Eccleſiæ in vtilitatẽ vergat Eccleſiæ, niſi cum ſolennitate, & in teruentu eorum quibus, à iure hæc res commiſſa eſt, ea alienatio fiat. non enim ſufficit vtilitas, niſi ab ijs, quibus hæc res à iure cõmittitur, vt talis approbetur, vel iudicetur. Tunc enim actus perfectus efficitur, cum cauſa ſolenniter eſt approbata: ita in ſpecie dict. cap. fi. non ſufficit, vt neceſsitatis cauſa ſubſiſtat, vt bona ſuſtentationi clericorum applicata, in fabricam conuertantur, niſi iudicio maioris partis, vt talis approbetur. & iſte eſt verus illius tex. intellectus, licet doctores noſtri, non ſatis ſint aſſecuti. in cuius intellectus cõfirmationem etiam adduci poteſt text. ille notabil. in. l. ſi hominem. ff. mãdati, vbi probatur, quòd procurator ſpecialis, cuius aliàs ſemper eſt potior poteſtas, vt in. l. in toto iure. ff. de regu. iur. in. l. doli clauſula. ff. de verb. obliga. poteſt impediri à procuratore generali ex ſuperuenienti iuxta cauſa not. Bartol. in. l. ambitioſa. 3. colum. de decret. ab ordin. facien. Bald. in. l. 1. C. iur. aur. anulo. Paul. de Caſt. in. l. duas. ff. de petitio. hęredi. & doctor. in varijs locis. Felin. aliqua refert in cap. 1. 7. colu. extra de conſtitutio. latiùs Tiraquel. in tracta. de temperand. pœn. l. in præfatio. num. 25. cum ſequen. nimirũ ſi in dict. cap. final. recedatur ab illa facultate ſpeciali, quæ conceſſa eſt clerico, vt de parte ad eũ pertinenti liberè ad pios vſus, quos velit diſponat, & reſtringatur, vt in certum, & præſcriptum vſum aliquid de ea diſpenſetur, ad hoc tamen faciendum iudicium maioris partis, vt ibi dicitur, eſt neceſſariũ, quia præcipuè ad alium vſum ſcilicet miniſtrorum erant deſtinata, deinde vero quatenus eis ſupereſt, in alios vſus pios arbitrio eorum ſunt expẽdenda, niſi neceſsitas aliqua vrgeat maioris partis iudicio approbata, quę iſtud arbitriũ determinet etreſtringat.
11 Septimum argumentum, quòd non minus ꝓ iſta opinione vrgere videtur, tale eſt, quicquid effecerit dicta diuiſio, & eſto qđ per eã portio clerico applicata libera effecta ſit, tamen hac diuiſione hodie clerici ſe iuuare non poſſunt, cum hæc ratio ſit conturbata, & ad proprium ſtatum culpa eorum reuerſa res videatur, vbi enim eſt illa pars quarta, quę pauperibus fuit deſtinata? vbi fabricæ portio, quæ æquales Epiſcopi, & clerici portionibus eſſe debent? nec dici poterit has partes perijſſe, idq; periculo dominorum, nempe pauperũ, & fabricę, quãuis enim hoc iuri conſentaneum ſit, vt res pereat periculo domini, vt. C. de pignor. actio. in. l. pignus cum cõcordant. & ita videatur, quod ſiue perierit hæc pars, ſiue nõ compareat, quod idem eſt. ff. de contrahẽ. emptiõe, in. l. in lege & in. l. Rutilia polla. pauperib⁹, & fabricę perijſſe. quòd clariſsimis verbis admittere videtur Frater Dominicus de Soto. de luſtitia, & iur. lib. 10. q. 4. vel ſi culpa prælatorum, vel clericorum perijt, quibus pauperum portio diſpenſanda erat commiſſa, vt infra dicemus, non videtur præſentibus prælatis, & clericis prædeceſſorum culpa imputandum. Sunt enim officiorum, & beneficiorum ſucceſſores, non culparum, vt in cap. 1. de ſolutio. tamen hæc dicere non poſſumus, primò, quia dicimus non eſſe verum, has portiones perijſſe in locis maximè, in quibus hodie decimæ ſoluuntur, & oblationes, à fidelibus dantur, quarum etiam portiones, ſeu partes præfatæ fieri debent, vt in dict. cap. quatuor. expreſſẽ dicitur, & in dict. cap. de redditibus, & idem in locis, in quibus decimæ non ſoluuntur, nec oblationes dãtur, quoniam bona Eccleſiæ, quomodocũque ſint, quæſita ſunt eiuſdem rationis, vel cõditionis, & non ſolũ omnia, quæ tempore diuiſionis erant in bonis Eccleſiarum, verum etiam ea, quæ a fidelibus quoque modo denuò conferuntur, in dictas quatuor partes diuidi debent, text. notabil. in dict. cap. cognouimus. 12. quæſtio. 2. vbi inquit diuus Gregori⁹. *cognouimus de redditibus Eccleſiæ nouiter acquiſitis ad canonicã diſpoſitionem quartã minimè prouenire, ſed Epiſcopos locorũ diſtribuere tantũmodo quartam antiquorũ redditum*

redditum, nũc vero quæsita suis vsibus retinere, quam rem prauam, sub introductamque consuetudinẽ paternitas tua viuaciter emendare festinet, vt siue de prioribus redditibus, siue de his, quæ obuenient, vel obuenientibus quartæ, secundùm distributionem canonicam dispensentur: incongruum nanque est, vnam, eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodãmodo iure censeri. Huc vsq; diuus Gregorius: & ita videmus. quod vt inuiolatè prędicta diuisio seruetur de relictis Ecclesiæ Episcopus habet suam quartam portionem, vt in cap. quæsti. extra de testamen. & in cap. conquerente. de offic. ordin. & in. c. de quarta, de præscriptio. vbi recentiores, & alij in tract. speciali, de cano. portio. Episcopal. ex quibus manifestè apparet, decreta supra allegata de diuidendis in quatuor partes bonis Ecclesiæ, aliquãdo fuisse executioni demãdata, licet non defuerint viri doctissimi, qui negent prędicta decreta vnquam fuisse vsu recepta, quod apertissimè falsum est. cum ergo hodie portio pauperum, Ecclesiarũ, et fabricæ non compareat, euidens est, cõtur batam esse dictam diuisionem, quo fit, vt non minus portio pauperibus debeatur, ac si separata inueniretur: nam si vinũ meum, vel granum cum tuo misceatur, si non nostra voluntate commixtio fiat, non efficit, quin retineatur dominium pro portione cuiuslibet, vt institut. de rerum diuisi on. §. quod si frumẽtum. fac. tex. in. l. arbor in. §. 1. ff. cõmu. diuid. in versi. quare vbi inquit text. *sicut duabus massis duorũ dominorum cõflatis tota massa communis est.* item damnum, & periculum omnibus socijs debet esse cõmune, vt in. l. sed postquam. ff. cõmu. diui. Item, cum cura harum portionũ, vt supra dictum est ad præfatos prælatos pertineat per text. in cap. videntes, & cap. Episcop. & cap. expedit. 12. q. 1. & cap. vobis enim. & capit. vulteranæ, &. c. præcipimus, & in cap. quatuor. & cap. de redditibus. 22. q. 2. & cap. Episcopus. 10. q. 2. verisimile est eos cum parte sua coniunxisse, vel inter eos, & clerum diuisam fuisse, & fabricã, & pauperes, culpa pastorum, qui in eorũ perniciem luporum officium exercuerunt, his portionibus priuatos esse. Ergo ex rigore iustitiæ, etiam si confusio talis effecerit, vt illa pars cõmixta cum suis portionibus ipsorũ propria effecta sit iuxt. text. in. §. cum ex aliena materia. cum sequen. inst. de rer. diuisio. excusari non possunt. esto quod cũ eis summo iure nõ agatur ad totam portionem restituendam, saltem id, quod supereſt sibi, in fabricis & pauperibus sustinendis, quare non impendatur? licet enim prædecessorum suorũ culpa hoc euenerit, tamen quatenus culpa, vel delicto suorum prædecessorum est aucta eorũ portio, & sic quatenus ad eos peruenit, ipsi etiã ex facto prædecessorum tenẽtur iuxta iuris regulas manifestas, vt probatur in. l. sed etsi ex dolo. in principio, &. §. itẽ si quid. ff. de petitio. hæreditat. & in. l. si rem, & precium, & in l. vtrum in principio, & in. §. fina. cũ legib. sequentibus, &. l. duo, in. §. fina. ff. ad exhiben, &. l. indeneratius, in. §. hãc actionem. ff. ad. l. aquiliã. l. 3. in. §. ex furtiua. ff. de pecul. &. l. prætor ait in. §. hoc interdictũ. ff. de. nou. ope. nu. &. l. si publicanus. ff. de publica. & vectig.

¶ *Summarium ex Cap. IIII.*

1 *De intellectu. cap. 1. de Eccles. ædificã.*
2 *Pauperes non habent actionem pro eleemosyna exigenda.*
3 *In extrema necessitate existenti, an detur actio pro eleemosyna.*
4 *Omnia sunt communia in extrema necessitate existentibus.*
5 *Lege iustitiæ tenetur quis facere eleemosynam, existenti in extrema necessitate.*
6 *Lex iustitiæ non semper obligat ad restitutionem.*
7 *An alimenta debeantur parentibus iure naturæ, vel solum ratione naturali.*
8 *Decimæ sunt institutæ in clericorũ, & pauperum sustentationem.*
9 *Opinio, quam postea tenuit Archidiaconus, fuit Gratiani.*
10 *Assignatio rerum à patre familiàs facta, non*

non transfert in filium, vel vxorem plus iuris, quam priùs habebant.
11 *Maiores præferuntur in administratione.*
12 *Clerici egentes debent sustẽtari à parochianis.*
13 *Clericorum, Episcoporum, & pastorum nomen à dominio esse semotum.*

CAPVT. IIII.

De intellectu. cap. 1. De Eccles. ædifican. & an ad eleemosynam possit dari actio, & an lex iustitiæ obliget. semper ad restitutionem.

1 OCtauo comprobatur hæc opinio per text. notab. in cap. 1. de Eccles. ædifican. qui text. sumitur ex concilio Maguntiñ. cano. 42. tempore Leonis tertij, & Caroli Imperatoris, vbi inquit textus. *Quicunq; beneficium Ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adiuuent,* Hæc sunt verba dicti cap. 1. licet in dict. cano. concilij addantur hæc verba, *& noua decimam reddant,* quæ, nõ fuerunt trãslata in dict. cap. 1. quia fortè illius decimæ nunquam fuerat habita ratio, nec vsu recepta fuerit, sed, id quod de collatione, quam beneficiati debent facere pro reparatione Ecclesiæ, & ita ille text. videtur decidere istam quæstionem, nam ibi loquitur eo tempore, quo beneficia iam erãt erecta, & ita portio certa beneficiati mensæ applicata, & tamen lege iustitiæ compellitur contribuere ad reparationem Ecclesiæ, seruata tamen sibi sustentatione necessaria, licet ibi non exprimatur, nam hoc ex alijs canonibus colligitur, in pari enim causa necessitatis, potior est cõditio possidentis, vt regulis vulgatis, & vt infra dicemus, partis sibi necessariæ dominus est, nec aliquis est, qui hoc non fateatur, nam hoc ius etiã vsuarij est, & lege iustitiæ, & charitatis, vt. C. de seruit. & aqua in lege prẽses. c. si non licet. 23. quæstione. 5. in. l. si quis à liberis. §. fina. ff. de lib. agnosce. & in terminis nostris est textus in cap. de his. de Eccles. ædificand. vbi beneficiatus tenetur ad fabricã, si ei aliquid supersit ex redditibus beneficij, vt dicit bene Siluester in verbo Ecclesia. 2. versi. 6. &. versic. 4. quæritur. Et eadem ratione, cum egentes, & fabrica æquali iure vtantur in bonis Ecclesiasticis, vt dictis canoni. 12. q. 2. cap. quatuor, cũ alijs supra alegatis, lege etiam iustitiæ egenis de superfluis subuenire tenebitur, sicut fabricę tenetur. ex quo
2 redditur dubia opi. glos. in cap. sicut. 2. 47. distinct. quæ vult, pauperes nullam habere actionem ad eleemosynã exigẽdã, quod etiam alij doctores tenent. Abba. in cap. si quis propter necessitatẽ, de furt. extra, post glos. in cap. domino sancto. verbo necessè 50. distinctio. & glos. in. l. neminem. C. de sacrosanct. Eccles. glos. in. c. ius naturale. 1. destin. in verbo communia. Antonius de Burgos post Abbatem in cap. 1. num. 29. de emptio. & vẽditio. plures allegat. Andræ. Tiraquell. in suo tractatu de nobilitate, in capit. 29. in nume. 44. tamen dicunt, quòd tales pauperes possunt id denuntiare Ecclesiæ, & iudicis officio possunt diuites cõpelli eo tempore ad subueniendum dictis pauperibus. Omnia enim ea, quæ pietatem respiciũt, officio iudicis Ecclesiastici expediri debẽt, vt in. l. hæreditas in fi. ff. de petitio. hæredita. sed illud hac fit de causa, quia ibi non datur specialis persona, cuius interſit, sicut etiam in. l. seruos de aliment. leg. iũct. l. quod attinet. ff. de regul. iur. nam si sit, nõ est ratio, qua ei actio denegetur, quicquid doctor. velint, vt supra probatum est. ad quod facit text. dict. cap. 1. nam si Ecclesiæ datur cõdictio ex illo canone in beneficiatos pro refectiõe, quare & pauperibus, quorum æqualis est causa, per dictum canonẽ non dabitur actio? æqualis autem est, vt in diuisione supradicta patet, imò maior est, & vrgentior causa pauperum, vt in cap. gloria Episcopi. & in cap. aurũ Ecclesiã habet. 12. quæstio. 2. cum omnia Ecclesiarum bo-

na pauperum appellentur, vt ſupradictum eſt. Si ergo fabricæ actio datur, quare non dabitur pauperibus? nec poteſt dici, id nõ iure actionis, ſed officio iudicis exigi poſſe in ſpecie cap. 1. quia nulla eſt ratio, quando condictio ex illo canone non oriatur, vt in l. 1. ff. de cõdictio. ex lege. pauperibus autẽ, cũ expreſſum id non ſit, ſed ex eadem ratione proueniat, vtilis condictio danda erit, vt in. §. fin. cum gloſ. inſtit. de. l. Aquilia.

3 Circa quod conſiderandũ imprimis eſt, quòd vbi quis eſſet in neceſsitate extrema, licet eo tempore magis de facto breui manu procedendum ſit neceſsitate vrgente, quàm longo iudiciorum ſtrepitu, ſi tamen eò miſeriæ deuentum ſit, vt in extrema neceſsitate etiam ad litigandum quis adigatur, actionem non denegandam puto, cum de rigore, & neceſsitate iuſtitiæ omnes eo tempore ad id teneantur, vt dicit Cardinal. Turrecre. in cap. ſi generalis in. 86. diſtinct. verſic. ad ſecund. in. 8. concluſione, quia ciuili, & naturali, & diuino iure quilibet agere poteſt ad propulſandam extremæ neceſſitatis iniuriam. Nam cur non poterit iudicio experiri, ſi propria authoritate id facere poteſt, cum in tali neceſsitate omnia ſint communia? vt inquit S. Thom. 2. 2. quæſt. 32. artic. 7. ad tertiũ. & art. 8. ad primum. & Quodli. 5. quæſt. 9. art. 17. Cardin. Turrecr. in cap. quamobrem fin. colum. ad ſecund. de pœniten. diſtinctione. 1, & in cap. ſingulis. 3. colum. 86. diſtin. vt probatur. ff. ad. l. Rod. de iact. in. l. ſi laborante. §. cum in eadem. verſic. itidem. vbi gloſſ. expreſſa, verbo conferret, vult, quòd ex illa lege compelli poſsit quis, vt communicet ſua, neceſſitatis tempore, quæ cõmunicatio magis reſpectu facti dici poteſt, quia de facto apud illum reperiuntur, quàm quòd ſua ſint, quia in ea ſpecie communia ipſo iure omnia ſunt, vt dictũ eſt, ex diuo Thom. quia ius poſitiuum, quòd dominia diſtinguit, quo iure, meum, & tuum dici poteſt, data extrema neceſsitate non eſt conſiderabile, vt per Cardinal. Turrecrem. qui ſingulariter diſputat iſtam quæſtionem in cap. fraternitas. 12. q. 2. quia in eo caſu dominium opponitur directo iuri naturali à quo vitæ conſeruatio deſcendit, & huic conſequentia omnia, & neceſſaria ad eam conſeruandam eiuſdem iuris naturalis cẽſentur, vt. ff. de Iuſtitia & iure, in lege vt vim, ita optimè. Declarat Cardinal. Turrecrem. in cap. dilectiſsimis, nu. 2. & 3. 12. quæſt. 2. Cardin. Alex. in dict. cap. fraternitas. Ideò in eo caſu vim facere, capere, & furari licet per ſupradicta, licet tunc non poſsit dici furtum, cum non detur dominium in poſſidente lege naturæ repugnãte, ideò in ea ſpecie lege

5 iuſtitiæ tenetur quis eleemoſynam facere, & ita iure agi contra eũ poteſt, & actio datur: & ità expreſſè Caieta. 2. 2. quæſtione 118. art. 3. probat dicẽs. & lege iuſtitiæ teneri, & per iudicem ad id compelli poſſe, & ita in extrema neceſsitate opini. gloſſ. dict. cap. ſicut, nõ procedet. vbi vero neceſsitas non eſt talis, vt lege naturæ bona communia fiant, ex ſola lege charitatis nõ dabitur actio, nec iudicis officium. Et doctores noſtri, qui volunt lege ſolius miſericordię, nõ iuſtitiæ teneri quem ad ſubueniẽdum pauperi exiſtẽti in extrema neceſsitate, apertiſsimè errant, licet hoc ſequantur R. D. Martinus Nauarr. in dicto tractã. quæſtione. 1. num. 16. & in Manual. confeſſo. cap. 24. nu. 5. & Frat. Dominic. de Soto de Iuſt. & iure, lib. 5. q. 3. arti. 4. in obiect. & lib. 10. in dict. q. 4. arti. 6. & in reſponſi. ad primum, & in prima concluſione, quia non eſt dubium, quòd ex lege iuſtitię quis tenetur, quando in re aliena, vel alij debita verſatur, vt ad ſenſum patet. verſatur autem in alienis, vel alij debitis bonis tẽpore neceſsitatis extremæ, cum ſint tunc egẽtis illa bona, ergo ad ea ei concedendum lege iuſtitiæ tenetur.

Cõtra Nauarrum et alios.

Præterea tẽpore neceſsitatis extremę, auaritia opponitur iuſtitiæ, tempore vero neceſsitatis non extremæ opponitur liberalitati, nam in alienis reſtituendis, nulla liberalitas exercetur. Et, vt noſtri dicunt, in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, vt in. l. rem legatam. ff. de ademi. lega. nec me mouerit argumentum, quo prædicti doctores innituntur,

tuntur, eo ſcilicet, quòd ibi quis ex lege iuſtitiæ ad dandum tenetur, ſi id non fiat, ad reſtitutionem obligatur, ſi vero lege charitatis, peccet quidem, ſed tamẽ ad reſtitutionem non teneatur, vt optimè dicit D. de Soto dict. loco, & D. Martinus ſupra allegat. in dict. Manual. ſed, vt dicũt ipſi, ſi quis pauperi in extrema neceſsitate non ſubueniat, etiam ſi ob hoc moriatur, non tenetur reſtituere id, quod ei dare debuit, vel ſi quod tali pauperi dare debui, Titio diuiti dedi, nec Titius ad reſtitutionẽ tenetur, nec ego, vt ipſi tenent, & verũ eſt. Ergo obligatio ſubueniendi pauperibus in extrema neceſsitate exiſtentibus, nõ ex lege iuſtitiæ, ſed charitatis deſcendit. Sed hic ſyllogiſmus, ſeu collectio, vt Vlpiani verbo latino vtamur, in. l quidam referunt. ff. de iur. codi. licet videatur ex omnibus ſuis partibus conſtare, nihil valet, nam pater filium lege iuſtitię, & filius patrem alere tenentur, tamen, ſi id nõ fecerit, & filius paſſus eſt neceſsitatem maximam, nihilominus nunquam ad reſtitutionem præteritorum alimentorum tenebuntur, niſi eorum occaſione æs alienum alendus contraxerit, quia iã neceſſaria non ſunt alimenta præterita, ideò petere ea non poterit, vt dicit notabiliter Bart. in. l. libertis quos. §. 1. num. 3. ff. de alimen. lega. facit quod not. idem Bart. in. l. de alimẽtis. C. de tranſactio. vbi Alexan. & Deci. & Paul. de Caſtro. l. diuortio. ff. ſolut. matrimo. facit text. in authen. licet. C. de natural. liber. ibi *opus fuerit*, non obſtat argumentum doctorum, vbicunque lege iuſtitiæ quis eſt obligatus, ſi id, ad quod ea lege tenetur, nõ præſtet, reſtitutionis vinculo, ſubiectus manet, quia debet fieri diſtinctio in antecedenti, nã dupliciter lex iuſtitię aliquẽ poteſt obligare, vel ſimpliciter, vel in ſubſidiũ, in prima ſpecie, quando ſimpliciter verum eſt argumentum, in ſecunda vero, quando in ſubſidium eatenus lex obligat, quatenus neceſsitas, cui lex ſubuenire iubet, ſubſiſtat. Nam videmus, quòd liberis, & parentibus alimenta ita debentur, vt ad id compelli ex lege iuſtitiæ per iudices & poſsint,

6

7 Mitto nunc an parẽtibus debeantur alimenta iure naturali, vel ſolum ratione naturali, vt voluit Bart. in dict. l. ſi. quis à liberis. in. §. parens, per text. ibidem, & in. l. 1. §. huius ſtudij, de iuſti. & iur. licet eum acriter reprehendat R. P. Alphõſus de Caſtro maximus ſui temporis Hiſpanię concionator (ſi D. Gregoriũ Gallum Reuerendiſsi. Epiſcopum Oriolenſem maximum noſtræ ciuitatis ornamẽtum, ac lumen excipiamus) in lib. de iuſta hæreti. punit. lib. 2. cap. 26. ta men Bart. noſter defendi poteſt. Quia, vt filius à parente alatur iure naturæ, quæ filios imbelles, & egentes produxit, induci neceſſe fuit, ſed vt parẽtes alantur nõ natura ipſa ex prima intentione inductũ eſt, eſſet enim tunc omnibus animantibus commune, ſed per accidens, & lege Antipelargiæ. Quod hoc animal ſingulariter iſtud præſtet, & ita Orus Apollo in Hieroglyph. inquit Φιλοπάτορα βυλόμενοι σημήναι ἄνθρώπον, πέλαργον ζωγράφουσιν, ὑπὸ δὲ τῶν γεννησάντων ἐκτραφεὶς ὁ χαρίζεται τῶν ἰδίων πατέρων, ἀλλὰ παραμένει αὐτοῖς ἄχρις ἐχάτου γήρως θεραπείαν αὐτοῖς ἀπομεμῶν Et eſt in prouerbio ἀντὶ πελαργεῖν. peruetuſta lex ciconiarũ in ſcripta tabulis, vt Ariſtoph. in auibus quem refert Paræmeographus & Plato in Alcibiade ſiue de natura hominis in fine egere eũ parentes non ita natura eſt inductum, vt in dict. §. huius ſtudij ſubſenſit Bartol. & expreſſè S. Thom. 2. 2. quæſtio. 289. artic. 6. in reſp. dicit per accidens tamen parentibus conuenit, vt à filijs adiuuentur, in quantũ, ſcilicet ſunt in neceſsitate aliqua conſtituti. Et facit, quod dicit etiam in reſponſ. ad tertiam, in fine. & in quæſtio. 26. artic. 9. in fine in eadem. 2. 2. ſicut ſucceſsio, quæ parentibus defertur non ex naturali ordine

Cõtra Almẽ phõſum de Caſtr.

deſcendit, ſed per accidens, turbato naturæ ordine, vt ibi not. gloſſ. dict. §. parens, per text. vulgar. quos allegat, & ita leges, quæ ius naturale referunt, ſemper filiorum educationem, non parentum proponunt, vt apparet ex text. in princi. Inſti. de iure natura. & Vlpian. in. l. ius naturale de Iuſt. & iur. & Iſidor. in cap. ius naturale. §. vt viri. 1. diſtinct. & Cicero in officiorũ lib. 1. ideò Bartol. non ita abſurde loqui dicendum eſt, maximè quia à mente Ariſtotelis. 8. Ethic. non eſt alienus, & pro Bar. eſt text. expreſſus in. l. ſcripto, in. §. fi. ff. vnde lib. vbi inquit Papinianus, *non ſic parẽtibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas, cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat, liberos naturæ, ſimul, & parẽtum commune votum.* Et licet ille textus de ſucceſsione loquatur, tamen eiſdem regulis, & legibus & ſucceſsionis, & alimentorum neceſsitas deſcendit. Nec ſatis præd. R. pater perpendit quòd interſit, aliquid expreſſum eſſe in lege, & principaliter de aliqua re agi, vel ex ſola mente, vel ratione induci, quod apud noſtros vulgatũ eſt in §. fi. Inſt. de leg. Aquil. hinc enim oriuntur quęſtiones de actionib. vtilibus, & directis vt per Bart. in repet. l. 1. ff. & C. de actio. & oblig. poſt gloſſ. in. l. ex legato nominis. C. de lega. & in. l. 1. C. ex quib. cauſ. tut. habẽ. optim. gloſſ. in. l. curatoris. C. de nego. geſt. Bar. in. l. 1. col. 1. ff. vti poſſ. gloſſ. in rubri. in fin. C. quo. bono. & in. l. 1. gloſ. 1. C. eod. tit. & quæ notauimus ſupra cap. 2. num. 16. per tot. vel Bartholus voluit dicere quod filijs lege naturæ alimenta debẽtur, ea ſcilicet lege quæ cõmunis eſt omnibus animantibus parentibus vero ratione naturali, id eſt ea lege naturæ, quæ non omnibus animantibus: ſed illis qui ratione vti poſſunt cõmunis eſt, ideoq;, & diuino iure illa obligatio ineſt ex illo præcepto quo parentes honorare tenemur. Et ita melior eſt opin. Barto. quam D. R. Patris Alphonſi de Caſtro. ſiue igitur ſolis filijs iure naturę, parentibus vero naturali ratione, ſiue eodẽ modo vtriſq; alimenta debeãtur, egẽtibus tamen vtriſq; ſiue naturali ſibi poſitiuo iure ex lege iuſtitiæ deberi dubium non eſt. Nam, vt inquit egregiè F. Dominic. de Soto. lib. 5. de Iuſti. & iur. lib. 4. quæſt. 3. art. 4. nemo ad id poteſt cogi, ad quod ex ſola charitate tenetur, ſed ad id tantũ, ad quod de iuſtitia obligatur, ſed alere parentes, vel liberos, à iudice compelli poteſt, vt dictum eſt, ergo ex lege iuſtitiæ tenetur. Non tamen ſimpliciter, ſed in ſubſidium, ſi indigeãt, & Vlpian. eleganter in dicta. l. ſi quis à liberis. §. ſolẽt. verſ. aliměta, & in. §. ſed filius aſſeuerat, inquit, enim, *ſed ſi filius poſſit ſe exhibere, exiſtimare iudices debent, ne non debeant ei alimenta decernere, deniq; idem diuus Pius ita reſcripſit ad Titianum, cõpetẽtes iudices ali te à patre tuo iubebunt pro modo facultatũ eius, ſi modo cum opificem te eſſe dicas, in ea valitudine es, vt operi ſufficere non poſſis*, de quo: vt ſolet, omnia congerit diligentiſsimè Tiraquel. in tract. de nobil. cap. 20. num. 100. &. 76. &. 90. cũ igitur ad præterita non detur neceſsitas, cõ conſequens eſt neceſſarium, quòd ad reſtitutionem pręteritorum alimentorum, etiã ex lege naturali, & iuſtitiæ debitorum non tenebitur, vt dict. Barto. ſupra allegatus, & hæc eſt melior ratio ad deciſio. 10. de iudi. innou. incipiẽt. monachus. quàm illa, quæ ibi ponitur. Non igitur bona eſt conſequẽtia, ſi quis omittat ſubuenire exiſtenti in extrema neceſsitate ad reſtitutionem non tenetur, ergo ad id lege iuſtitiæ non tenebatur, quia vt probauimus in filio, & patre, & abbate in dicta deciſione, qui lege iuſtitiæ tenentur, apparet falſam eſſe iſtam conſequẽtiam, ſic erit verum, quòd lege iuſtitię, ſubuenire exiſtenti in extrema neceſsitate, qui facultatem habet, teneatur, cum eo tẽpore re ſua pauperem iniuſtè priuet, & aua ritia tunc non ſolum legi charitatis, ſed iuſtitiæ ſit oppoſita, ſed ad reſtitutionem nõ tenetur, quia vel mortuo paupere, vel aliàs ceſſante neceſsitate lex iuſtitiæ, quæ ſubſidiaria erat, ceſſat. Non tamen ideò minus lex iuſtitiæ illa eſt, qua tunc id facere compelli poterat, ſicut leges iuſtitiæ, vt dixim⁹ & illæ ſunt, quibus patres, & filij cõpellun

tur ſe inuicem neceſsitate ſubſiſtente alere. Et ita falſum eſt, quod prædicti docto. dicunt ex ſola lege miſericordiæ, non ex lege iuſtitię teneri ad eleemoſynam exiſtenti in extrema neceſsitate elargiendam. verum tamẽ eſt, omiſſa dicta eleemoſyna ad reſtitutionem nõ teneri, licet lege iuſtitiæ tempore neceſsitatis extremæ cogi potuiſſet, iure actionis, vel officio iudicis id ſit quoad propoſitam noſtram quæſtionẽ nihil intereſt, quia, etiam ſi actio detur ſubſidiaria actio erit, ſiue officium iudicis ſit, id ex lege iuſtitiæ deſcendit. Extra caſum vero extremæ neceſsitatis, niſi ex ſpeciali obligatione, vel ex rerum natura ſolum, quis ex præcepto charitatis, non lege iuſtitiæ tenebitur, ideò iure cum eo agere ea ratione nemo poterit, cum clericis autem iure agi poteſt, & compelli poſſunt, vt egenti fabricæ ſubueniant, vt in dicto capit. 1. de Eccleſi. ædifi. Ergo eadem ratione, & pauperibus lege iuſtitiæ ex natura bonorum tenentur, & ita, ſi id non præſtent, ad reſtitutionem remanent obligati. Et nõ ſolum clericum in conſcientia teneri ad diſpenſandum ſuperflua pauperibus, verum etiam in iudicio ad id poſſe compelli aſſerit Aluarus de Pelagi. in dict. tracta. de plãctu Eccleſię lib. 2. dict. c. 28. colu. fin. vbi vult, quòd licet directẽ ad hoc non compellantur, indirectè tamen compelli poſsint, quia non ſolum coram Deo, ſed etiam coram Eccleſia tenentur rationem reddere de malis expẽſis, & allegat notata in cap. qualiter, & quando ibi *redde rationem*, & in gloſ. ſed qualiter. extra de accuſationibus, & dicit eſſe expreſſum. 10. q. 3. in cap. 1. ibi. *& ſingulis annis Epiſcopo ratio fiet*, & ibi allegat aliàs ratiões, & idem, quod Aluarus de Pelagio, ſenſit Cardi. Zabarell. in clemen. gratię. de reſcript. penul. col. vbi dicit quòd poterit corrigi, & puniri, & tanq̃ dilapidatori interdici adminiſtratio, quod etiam ſentit in. c. fin. de pecul. clerico. in. 2. & 3. colum.

Nonum argumẽtum, quo videtur hæc opinio confirmari, tale eſt, beneficia maximè in Hiſpania ex decimis ſunt erecta vel ex oblationibus fideliũ, quæ ad hoc inſtitutæ ſunt, vt ex eis clerici, & pauperes ſuſtententur. Et idem de omnibus alijs bonis dicendum eſt, quæ Eccleſijs, & earum miniſtris conferuntur, vt inquit S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. in fi. vbi dicit. Decimæ autẽ, priè loquendo, nõ ſunt ſacrificia, neq; oblationes, quia non immediatè Deo, ſed miniſtris diuini cultus exhibentur, ſecundario ordinatæ ſunt, vt pauperibus ſubueniatur, & vt idẽ S. Thomas de decimis, & alijs Eccleſiæ bonis dicit in. 2. 2. quæſt. 87. art. 3. ad primum, reſpondẽdo ad argumentũ, quod fecerat, quòd hodie ſint ſuperfluæ decimę, quia in lege veteri leuitis ſoluebantur, quia non habebãt partem in poſſeſsionibus populi, vt habetur nume. 18. inquit in lege veteri ſpeciales quædam decimæ deputabantur ſubuẽtioni pauperum, ſed in noua lege decimę dantur clericis non ſolum propter ſui ſuſtẽtationem, ſed etiã, vt ex eis ſubueniatur pauperibus, ideò non ſuperfluũt, ſed ad hoc neceſſariæ ſunt poſſeſsiones Eccleſiæ, & oblationes, & primitiæ ſimul cũ decimis. huc vſque ſunt verba beati Thom. ſi igitur ad hoc ſunt cõſtitutæ decimæ, & alia bona Eccleſiæ, etiam clericis, vel miniſtris deſtinata, vt clerici ſuſtententur, & pauperibus ſubueniatur, clericus hoc non obſeruãs lege iuſtitiæ impoſita bonis, quæ poſſidet ab Eccleſia, obnoxius eſt peccato mortali, & vinculo reſtitutionis, cum obligatio ni iuſtitiæ reſtitutio ſit annexa, vt ſentit idẽ S. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 1. & eſt indubitatum, vt colligitur ex tot. titu. de cõdict. cau. dat. C. & ff. & l. 1. & per totum de his, quę ſub mod. lega. & licet Domin. de Soto in. d. q. 4. art. 3. cõcluſio. 5. contendat, quòd decimarum finis non alius fuit quàm Eccleſiarum ſeruitium, ſacrorũ, ſacramentorũq; adminiſtratio, eademq; cauſa exigantur à populo Euangelico, qua olim à Moſaico, ex eo quod S. Thom. 2. 2. quæſtio. 77. art. 1. nullam rationem aſsignet pauperum, tamẽ S. Thom. ſupra allega. dicit contrariũ. Imò & ibidem in quæſt. quam ipſe allegat. 87. art. 1. ad quartum dicit. Ipſæ etiam decimæ,

„ quæ miniſtris Eccleſiæ dantur, per eos de-
„ bent in vſus pauperũ diſpenſari, & apparet
etiã ex diuo Clemen. quẽ D. Martinus Na-
uar. refert in dict. tracta. q. 1. nu. 22. & S. Au
guſti. in. c. decimæ. 16. q. 1. decimas, egentiũ
animarum tributa appellat, quod etiam de
oblationibus dicit idem S. Tho. 2. 2. q. 86.
„ art. 2. in reſpon. vbi dicit, & ideo oblatiões,
„ quæ à populo Deo exhibentur, ad ſacerdo
„ tes pertinent, non ſolum vt eas in ſuos vſus
„ conuertant, verum etiam, vt fideliter eas di
„ ſpenſent partim quidem expendẽdo eas in
„ his, quæ pertinent ad cultum diuinum, par
„ tim vero in alijs, quę pertinẽt ad proprium
„ victum, quoniam, qui altari deſeruiunt, cũ
„ altari participant, vt dicitur prima ad Co-
„ rinth. 9. partim etiam in vſus pauperũ, qui
„ ſunt quantum fieri poteſt de rebus Eccle-
„ ſiæ ſuſtentandi. ita ſanctus Thomas.

Decimum argumentum pro iſta opinio ne tale eſt, ante diuiſionem factam, & erectionem beneficiorum nullus vnquam dubitauit, quin clerici vltra ſibi neceſſaria vſurpantes contra legem iuſtitiæ ageret, & expreſſé S. Tho. ſupra allega. probat, ſed diuiſio, vel erectio beneficiorum nihil ex natura bonorum Eccleſiaſticorum mutauit, vt magiſter Gratianus aſſeuerat, cuius, ſicut & in alijs, in hoc debet eſſe magna authoritas, Gratianus inquam hoc manifeſtiſsimũ
9 cõſtituit ſuper cap. nulli. 12. q. 1. vbi reſpõdens ad argumẽtum, quod ſuperius in cap. illi aũt, in. §. de rebus, fecerat, ſcilicet quod erectionem beneficiorum, & diuiſionem rerũ Eccleſiæ in præbendas, & annuos reditus, vt quis ſibi ſpecialiter vindicet, facere nõ licet, quia omnia communia clericis eſſe debeãt, & nemo poſsit aliquid propriũ vindicare, vt in authoritatib⁹, quas allegat. ita inquit. *His ita reſpondetur, ſicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem Eccleſiarum diſtributio fit Eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſsiones huius Eccleſiæ addiſpẽſandum committuntur, ex quibus licet res Eccleſiæ omnibus debeant eſſe cõmunes, primum tamen ſibi, & ſuæ Eccleſiæ deſeruiẽtibus neceſſaria Epiſcopus ſubminiſtret, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus, ita & præbendæ Eccleſiarum eadem charitate manente, piè & religioſè poſsunt diſtribui, nec tũc rebus Eccleſiæ vt proprijs, ſed vt cõmunibus vti litatibus deſeruituris, vt ex his, quæ ſibi aſsignata ſunt, primum ſibi neceſsaria percipiat, ſi qua vero ſuis neceſsitatibus ſuperſunt, in communes vſus Eccleſiæ expendat.* Huc vſq; Gratianus, qui in confirmationẽ ſuæ ſentẽtiæ allegat Auguſt. authoritatem in. ca. priuatũ. Ecce quod ibi Gratian⁹ expreſſé vult, clericorũ etiam de ſibi aſsignatis debere, quod ſibi ſupereſt, in vſus pios cõuertere, pro cuius etiã opinionẽ in ſimili videmus, quòd ſi paterfamiliàs maritus in vſus vxoris, filij, vel ſeruires aliquas ſeparet, vel etiam comparet, 10
non magis eorum efficiuntur, quàm cum in vſu promiſcuo erant, antequam ipſis traderentur, niſi poſtea legentur, quia dicta aſsignatio nihil iuris contulit, ſed facti quandam adminiſtrationem cõceſsit text. in. l. ſi quid earum. §. final. de lega. 3. cum concordan.

Sic etiã videmus, agri ad faciliorem culturæ commoditatem diuiſionem factã nõ plures agros efficere, nec à prioris naturæ cõditione aliquid immutaſſe, vt in. l. Caius Seius. in. §. Titius. ff. de legat. ſecundo, facit arguendo per contrarium text. notab. in. l. librorum appellation. in. §. ſi cui centum. ff. de lega. 3. Nam nec diuiſio rerum onus eis adiunctum tollere poteſt, vt in. l. cum pater in. §. hæreditatem. 2. ff. de lega. 2. in. l. qui Romæ pecuniam. in. §. duo fratres ſecundum intellec. Roge. ff. de verbo. obligat. & in. l. qui cũ tutoribus. ff. de tranſactio. nõ diſsimilis videtur dicta diuiſio, vt cõmodioris vſus cauſa clericis, & pauperibus ſit portio aſsignata. Sic videmus, quòd ſi reipublicæ adminiſtratores inter ſe commoditatis cauſa adminiſtrationẽ diuidant, non hoc fit reipublicæ præiudicium, quoniam quilibet eorum poterit poſt talem diuiſionem, eius ratione non habita, in ſubſidium conueniri. vt in. l. Imperator. ff. ad municip. Sic in ſubſidiũ pauperibus ex portione clericorũ debet ſubueniri. Nã quòd beneficiato bona per erectionem beneficij ſunt aſsignata, non abſimile videtur ab eo, quod eleganter inquit Paulus in. l. bina mãcipia. ff. commu. diui, vbi ita dicit, *Bina mancipia, quæ ex hæreditate paterna iuſſu prætoris pupillis miniſterij cauſa reſeruata eſſent, diuiſa non videri, ſed omnium communia permanſiſſe*, eiuſdem rationis videtur fuiſſe illa diſtinctio bonorum inter pauperes, & clericos, quod comprobatur ex elegantiſsimo Papinia. reſponſo. ff. de lega. 2. in. l. cum pater in. §. pater pluribus, vbi ita inquit. *Pater pluribus filijs heredibus inſtitutis, moriens claues, & annulum, cuſtodiæ cauſa maiori natu filiæ tradidit, et libertũ eidẽ filiæ, qui præſens erat & res, quas ſub cura ſua habuit, aſsignari iuſsit, commune filiorum negotium geſtum intelligitur, nec ob eam rem apud arbitrum diuiſionis præcipuam cauſam filiæ fore.* Sic Eccleſia in beneficiorum erectione feciſſe videtur, res beneficiato maiori natu, claues, & bonã tradendo, præsbyter enim ſenior interpretatur, qui in adminiſtratione, & cuſtodia fratribus ſuis pauperibus potior ſit, non vt ipſos debita ſuſtentatione defraudet. Nec no
11 uum eſt, vt maioribus in adminiſtratione deferendum ſit, minoribus vero magis prouidendum, nam conſuetudine etiam inductum eſſe authores magni nominis affirmant, vt in diuidenda hæreditate partes ſtatuere maioris natu ſit officium, minori vero electio detur, vt S. Auguſt. lib. 16. de ciuitate Dei, cap. 20. refert, vbi narrata optione oblata Loth ab Abraham inquit, *Hinc fortaſſis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, vt quando terrenorum aliquid partiẽdum eſt, maior diuidat, minor eligat*, ita ibi Auguſt. vbi Ludouicus Viues in ſuis doctiſsimis ſcholijs confirmat hæc, ex Seneca lib. 6. de clamatio. quod probatur in c. 1. de paroch. extra, ad quod poſſunt plura allegari, ſed ea omnia refert And. Tiraquel. in tract. de primogenit. q. 60. per tot. vbi an id procedat de iure communi, vel opus ſit conſuetudine, vel ſtatuto, quale eſſe in ciuitate Senarum, ipſe refert, qui etiam de hac materia agit tracta. de vtroq; retractu. 1. part. §. 24. gloſſ. 1. nu. 3. 5. & 6. quod intellige, data in alijs æqualitate, & ita ceſſabunt, quæ Abb. Panormit. d. cap. 1. de paroch. & Petr. Paul. Pariſi. conſi. 19. num. 130. volu. 2. ſecus vero, ſi talis eſſet inæqualitas, quæ latere nõ poſsit argu. eorum, quæ infra dicemus. 4. parte. cap. 4, nu. 9. ſic etiam cuſtodia inſtrumentorum cõmunium maiori natu defertur, vt in. l. fina. ff. de fid. inſtrumen. de quo etiam Tiraquel. infinita refert, in. d. tracta. de primogeni. in præfat. nu. 122. cũ ſequen. qui à num. 95. plura cumulat, ex quibus ornari poſſet iſtud argumentum.

Vndecimum argumentum pro iſta parte tale eſt, ſi miniſtris Eccleſiæ Dei non ſufficiant bona eis aſsignata, parochiani eis tenẽtur ex lege iuſtitiæ alimenta ſubminiſtrare, vt dicit S. Thom. 2. 2. quæſt. 86. art. 1. in reſponſio. verſi. 3. modo, & ad hoc compelli poſſunt, vt omnes docto. volunt Innoc. Ioan. Andr. & Hoſtien. c. 1. ne prælat. vic. ſuas, & poſt eos idem tenet Abb. in cap. de rectoribus. nu. 6. de cleri. ægrotan. Cardin. Turrecrem. in cap. omnis Chriſtianus. de conſecra. diſtinct. 1. nu. 4. ad ſecundã Abb. in rubr. extra de paroch. idem Abb. in cap. ſignificatum. de præben. num. 8. Quinimò denegare alimenta prædictis, eſt vnum ex illis peccatis, quæ dicuntur clamare in cœlum, Iacobi. 5. Ecce merces operariorũ. &c. vt optimè declarat doctiſsimus vir. Reue. D. Ioan. Gropper. in. lib. de Inſtitutio. catholic. pagi. 96. ita per contrarium, pauperes populi, ex quorum decimis, & oblationibus, & largitionibus clerici ſuſtentãtur, debent ab ipſis clericis, ex eo, quod ſibi ſupereſt, ſuſtẽtari. Nam pauperes decimas tenentur ſoluere, vt dicit S. Tho. d. q. 87. art. 4. ad quartum: & quodlibeto. 6. art. 10. nimirũ ſi egentibus de eo, quod ipſi dederũt, ſit à clericis ſubueniendũ, argu. tex. in. l. fin. de reuocã. donat. cum gloſ. verb. voluerit, & Fab. §. ſciendum inſtit. de donat. fin. col. in princ. latè Rip. d. l. fi. q. 49. nec eſt, quod impar clericus, in quo maior debet eſſe pietas, iudicetur, ſic videmus, quòd patronus egens poteſt petere alimenta ab Eccleſia,

12

vt ſuæ liberalitatis ſit retributio, eſt tex. in cap. duo ſunt genera. 12. q. 1. vt per Abb. in cap. nobis de iure patrona. vbi text. & per recētiores de iure patronat⁹ verbo, Et vtile.

Duodecimum argumētum pro iſta opinione facit, vt ſupra probatum eſt in quinto argumēto, ante diuiſionem factā nullus vnquam dubitauit, clericos ſolum ſibi neceſſaria poſſe ſummere, ſed diuiſio, vt experientia docet, & doctores noſtri affirmāt, iā diu inoleuit, vt per docto. in. c. fin. extra de his, quæ fi. à maiore parte. c. vbi Innoc. dicit, quòd nō in omnibus locis fit illa diuiſio. & Abb. Panormit. in cap. 1. de Eccleſi. ædifican. dicit, quòd redditus ſunt in cōfuſo. Ergo nulla ratione dici poteſt, clericos fructuū beneficiorū liberam habere diſpoſitionem, cū ſint cōmunes ſibi, pauperib⁹, & fabricis, & ita ſolum ſibi neceſſaria poterunt aſſumere, tanquam in rebus non diuiſis, in quibus S. Thom. & cæteri contrariæ opinionis authores hoc fatentur, vt ſupra eſt probatum.

Vltimo pro iſta parte facit ratio, nam ſi
13 Epiſcoporum, ſi Paſtorū, ſi clericorum, ſi miniſtrorum Eccleſiæ Dei nomē inſpicias, nihil aliud, niſi veritatem iſtius opinionis præſefert, ſiue enim paſtor ſit, ſiue miniſter clericus, ſi nomen ſuum rectè cōſideres, nō eſt cur appellationem dominij ſibi vſurpare poſſit, nec eſt cur ex grege ſibi cōmiſſo aliud vindicet, quàm victum, & veſtitū, cōmodam deniq; ſuſtētationem: quòd ſi amplius ſibi vſurpet, fur, & latro meritò iudicetur. Hoc autē nomen nō fortuito vel caſu, ſed cōſilio & iudicio, nō ab hominibus, ſed Dei verbo toties repetito eſt fortitus. Et miniſtri poteſtas, quātū differat à domi nio, nullus poteſt ignorare, vt in. l. in re mā data. C. māda. & ſuprà latè deductum eſt, ſi etiā clereci nomen, quod in ſortem dñi vocatus ſit, conſideres, hac ratione idem euincitur, vt S. Hierony. oſtendit in dict. c. clericus. 12. q. 1. ſupra allegato, ſi tonſuræ capitis ſignificationem perpendas, idem erit, cū omnium curam, quæ neceſſaria non ſint, abijciendam demonſtret, vt per Alberi. in ſuo diction. in verb. clericus Cardin. Turrecre. & poſt eū Alexā. in. d. c. duo ſunt. 12. q. 1. & idem Cardin. Turrecrem. in. c. clerici. nu. 6. 23. diſt. vbi etiam alias ponit ſignificationes, & D. Martinus Nauarr. in. d. tracta, in princi. nu. 2. latiùs omnibus Aluarus de Pelagio de planctu Eccleſi. lib. 2. c. 14. col. antepenult. cum ſequen. vbi etiam ponit, quare maior tonſura ſit ferēda à monachis, quam à clericis, & quare bigamus, qui tonſuram nō poteſt portare clericalem, poſſit monachalem. Sed hæc pro iſta Archidiac. opinione ſufficiant, quæ tot authoritatibus omniū ferè antiquorū eſt ſuffulta, vt rationes adijcere ſuperfluum videretur, niſi cōtra ſtaret S. Thom. vt ſupra diximus.

¶ *Summarium ex Cap. V.*

1 *De his, quæ ſunt neceſſaria clerico ad ſuam ſuſtentationem, poteſt liberè diſponere ſecundùm doctores.*
2 *Non debet eſſe melioris conditionis ſordidus, quàm liberalis.*
3 *Id, quod comparſit vſuarius, domino dimittere debet.*
4 *Pauperes ex eleemoſynis tenētur facere eleemoſynam.*
5 *Alimenta præterita non habent priuilegiū.*
6 *Diſtributiones quotidianæ eodem iure, quo cæteri redditus cenſentur.*
7 *Idem de Eccleſiaſticis penſionibus.*
8 *De ſtipendijs officiorum liberè clerici diſponere poſſe videntur, ſed non eſt ſine difficultate.*
9 *Opinio Archidiaconi eſt ita rigida, vt præcluſaſit omnis ratio, qua clerici ab obligatione reſtituēdi poſſūt liberari, etiā cōſuetudine ſtatē, vel indulto ſedis Apoſtolicæ.*

CAPVT. V.

In quo ponūtur declarationes, quas ad opinionem Archidiaconi ponunt doctores, & ſigillatim examinantur.

A ſupra-

1 Supradicto tamen vinculo, ſeu obligatione diſpēſandi ea, quæ ſuperfluūt clericis in pios vſus ſub peccati mortalis reatu & reſtitutionis, multi etiam, qui opinionem Archidiaconi ſequuntur, eam partem fructuū eximunt, quæ neceſſaria eſt clerico, vt ſe ſuoſque ſuſtentet, adeo vt ſi quid fraudando genium ſuum, corraſerit, id liberum ab obligatione ſupradicta remaneat, vt ſupra retulimus. 22. opinio. Abb. tamen ibidem in. 23. opinio. adductus, apertè contrariam opinionem tenet, ideò opus erit examinare, quæ harum opinionum verior ſit.

Pro opinione Abba. optimè facit, quòd
2 non debet eſſe melioris cōditionis iniquus ſordidus & auarus, qui ſe ſuoſque neceſſarijs defraudat, quàm liberalis, & qui pro dignitate ſe, ſuoſque exhibet, vt. ff. de petit. hæred. in. l. ſi à domino, vel à patre. §. prædo. Nam abſurdū videretur, eos quidem, qui bona fide verſantur, teneri, prædones vero ſecuros eſſe, argument. legis non ſolùm. ff. de noxali. actio. & ibi inquit gloſſ. non debet eſſe melioris conditionis malus, quam bonus, quæ gloſ. alleg. concordant. quòd autem hoc mali ſint apparet, quia fraudando ſe, & ſuos pro ſua dignitate debitis alimentis mortaliter peccant, vt ibidē, & in ſecunda opinione ſupra deduximus, ideò æquum videtur, vt cū his eo iure agatur, quo caupones, & ſtabularij per Galliā, & Italiam vti ſolent, qui abſthemis, & ieiunijs eandem rationem cū alijs conſtituunt. Item ex opinione Archidia. re ipſa clericus vſuarius ſolum conſtituitur, cuius ea natura eſt, vt quo ipſe non vtitur, alij vtendum non poſsit concedere, ſed domino remaneat, vt in. l. denique, & in. l. plenum. §. fin.
3 ff. de vſu & habita, ergo quomodocunque ſibi ſuperſit ſiue iure, ſiue iniuria ſua fiat, id reſtituere domino tenetur. Item ſi hoc clericus, vel is, qui ab eo titulum habet, allegaret, planè turpitudinem ſuam oſtenderet, dum ſe miſerè corradendo, & ſuos fraudaſſe auarè allegat. Ideò non poterit hoc titulo ſe excuſare, vt in lege tranſactione finita. C. de tranſactio. cum concordā. allegat. in gloſſ. trad. Bartolus, & Iaſon in. l. ius iurandum, quod ex conuentione. §. final. ff. de iure iurādo, & idem Bartolus in. l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de doli excepti. Abba. & Felin. latè in cap. lator. extra de re iudica. poſt gloſſ. ibidem, & latè per eundem in cap. tertio loco. extra de præſumpt. Alexā. in. l. de tutela. C. de in integ. reſtitutio. minor. Tiraquellus de retract. prima parte. §. primo, in gloſſ. 18. num. 24. cum ſequenti. Item ſi clericus, qui fortè in redditibus mille habet, qui omnes forte boni viri, & cōmuni arbitrio neceſſarij ſecundùm ſuam conditionem ſunt. ducentum tantum conſumat, ſe tanti exiſtimaſſe videtur, ducentum expendendo, vt in ſimili inquit Paulus in. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de operis liber. ibi. *Quia videtur quodammodo patronus tanti operam æſtimaſſe, ideoque non debere tranſgredi taxationem.* Nec obſtat quod poſtea dicit text. ſed iniquum eſt, &c. quia ibidem æſtimatio fuit poſita in conditione quæ nihil diſponit, vt in. l. quæ ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamenti, at hic in executione, qua nulla maior aſſertio eſſe poteſt. Quomodo ergo cōtra ſuam aſſertionem, quam re ipſa fecit, nunc allegans miſſe expendere debuiſſe audiatur? contra. l. generaliter, & auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecu. cum concordan. poſitq; ei dici, quod in Euāgelio. *Ex ore tuo te iudico ſerue nequā, &c.* Ideò æquum videtur, vt nec à Deo, nec ab hominibus audiatur, ſed potius eorum, quæ mālè cōgregauit, ad reſtitutionem teneatur.

4 Præterea pauperes ex his, quæ ex eleemoſynis ſuperſunt, eleemoſynam elargiri tenentur, vt per Cardin. Turrecrem. in cap. habebat. 12. q. 1. & in cap. in ſingulis. diſtin. 86. Ergo id, quod ſupereſt, etiam ex ea parte, quæ quodammodo eleemoſynæ nomine, vel neceſsitate eſt conceſſa, eodem iure cenſebitur.

Item ſi id, quod quis comparſit, & miſerè congregauit, eſt ſuperfluum, poſitq; in futurum abſq; eo commodè ex fructibus

viuere,ergo id reſtituere tenetur, quia ea ratione ſibi præcipua,& ab omni obligatione libera conceduntur,quia ſibi neceſſaria ſunt,& tanquam alimenta ſunt omnibus alijs potiora. Superflua autem, & non neceſſaria,quis reſtituere tenetur ſecũdùm Archidi.opinio:ſed in ſpecie propoſita,ex neceſſarijs ob auaritiam ſunt effecta ſuperflua,cum in præteritum vſum non habeãt, in futurum autem nõ ſunt neceſſaria, ergo ſuperfluorum, nõ neceſſariorum iure cenſentur. Sic videmus, quòd alimenta ſunt multis priuilegijs in iure munita, vt in.l. cũ hi.ff. de tranſactio.& in.l.1. C. de fidei commiſſ. Tamen vbi alimenta ſunt præterita,
5 nullum habent priuilegium,vt in.l. de alimentis. C. de tranſactio. ideo filius,cui debentur diſpoſitione legis alimenta temporis præteriti (dum tamen ære alieno propter id non ſit oneratus) nunquam petere poterit,vt per Barto. in.l. libertis quos. §.1. num.3. ff. de aliment.& ciba. lega. & Deci. in.l. de alimentis. C. de tranſactio. vt ſupra latè dictum eſt,licet ſecus vbi ex hominis diſpoſitione deberentur,vt per eoſdem ibidem,& Tiraquell. tracta. de primogeni. q. 75. Sic ergo illa pars,quæ neceſſaria eſt in alimenta,& ſuſtẽtationem clericorum,omni obligatiõe ſoluta eſt. ita demum ſi in alimenta expendantur,non ſi auaritia ſua ſuperflua hæc afficiantur,& abſque eis nõ ex alijs ſuis bonis,ſed potius ex malis auaritia ſcilicet,& ſordibus alitus reperiatur.

Præterea ſi talis clericus, quod ita congeſsit,liberè poſſe donare,vel erogare prætendat,neſcio,qua fronte iſtam liberalitatem allegare poſsit, cum non ex liberalitatis virtute,cuius nomen abhorret,ſed ex inordinato affectu pficiſcatur hæc donatio. Si enim ex bona radice procederet,& liberalitatem ſuam rectè vellet collocare, id citra cõtrouerſiam iure cõmuni facere poſſet,cum in hoſpites,& peregrinos, & pauperes laudabiliter elargiri concedatur, at cum ſuos, & ſe defraudando liberalitatem exercere profiteatur,potius ex affectione, quod miſerè comparſit diu corradendo, prodigus repentè effectus malè quæſita peius vno momento conſumere, quàm ex auirita ad liberalitatis virtutem reſilire fateri videtur.

Præterea canones,qui id,quod ſupereſt, pauperibus elargiendum eſſe ſtatuunt, nõ diſtinguunt,quod ſuperſit naturaliter, vel ex auaritia contra naturam, id vnum verũ eſt,ſemper ſuperfluam magis eſſe ſordidis hominibus pecuniã,quàm liberalibus, ergo multo magis illi, quàm hi ad eius tanquam ſuperfluę reſtitutionem tenebũtur, cum ea, quæ ſuperſunt, dictæ obligationi ſubijciantur.

Item in eo quod canones dicunt, res emptas ex pecunia fructuum effici Eccleſiæ, non diſtingunt ex neceſſarijs auarè ſit collecta illa pecunia, vel ex ſuperfluis. Idem etiam canones,qui teſtari de his prohibẽt, indiſtinctè loquuntur.

Item non ſolum quæ his ſuperſunt, ſed vt ſummo iure cum his agatur,videtur etiã id,quod conſumpſere miſerè,eſſe reſtituendum,cum ſumptus, qui ad contumeliam potius quodammodo fiunt, pro non factis habeantur,nec eorum ratio haberi debeat text. eſt in.l. at ſi quis in. §. iudex. ff. de religio. & ſumpt. fune. vbi loquendo de funeris impẽſa inquit Vlpian. *Iudex, qui de ea æquitate cognoſcit, interdum ſumptũ omnino non debet admittere modicum factum, ſi fortè in cõtumeliã defuncti hominis locupletis, modicus factus ſibi ſit,nam nõ debet huius habere rationem,cum contumeliam defuncto feciſſe videatur,ita eum funerãdo.* Quod etiam notat Alberi. in.l. quę vtiliter,in princ. verſ. quærit. Iacob. ff. de nego. geſt. Alexan. in.l.1. §. impenſa. colu.1. ff. ad.l. falcid. & Alci. in.l. impenſæ. ff. de verbo. ſignifica. idem dicendum videtur de ſordido clerico contumelioſé viuẽte. Nec poteſt dici id verum eſſe, cum contumelia fit alteri,at ſibi ipſi neminem facere contumeliam, quia reſpondetur,quòd non ſibi ſoli,ſed toti clero contumelioſus clericus ſordidus eſſe videtur,argumẽto nota. in cap. cum contingat extra de for. competen.

Et ita

Et ita tenendo opinionem Archidiaconi,ex qua vſuarij inſtar clericus in beneficio conſtituitur,hæc pars non habet dubitationem,ſalua tantorum virorũ opinione, cum vſuarius, quicquid ſibi ſupereſt, quo modo cunq; ſibi ſuperſit, reſtituere teneatur,cum vſum cotidianum ſolum habeat, nec in plures annos reponere poſsit, vt in princip. Inſtit. de vſu,& habitatio.

Item cum omnes partes bonorum Eccleſiaſticorum ſint ὁμογερεῖς, ſeu ſimilares, vt vocant, ſicut quælibet aquæ particula quantulacunq; & vbicunq; ea ſit,eſt aqua, & vt Ariſto. lib.1. Phyſico. cap. 4. in fin. inquit ἔστι γὰρ ὁ πηλὸς εἰς πηλὸς διαιρεῖται & de partibus animal. lib. 2. cap. 2. ἔστι γὰρ ἑμῶν τὸ μέρος ὁμώνυμον τῷ ὅλῳ, οἷον φλεβὸς φλέψ. ita quælibet pars, quamuis minima bonorum Eccleſiaſticorum vbicunque, & quocunque modo apud quemlibet reperiatur,eiuſdẽ erit rationis,& naturę,vt in nullos alios vſus,quàm ſupradictos conuerti poſsit ſine crimine ſacrilegij, vt ſupra in principio probatum eſt. Non ergo quòd ea pars ex parſimonia,vel potius auaritia,& ſordibus à neceſſario ſumpta exiſtat,naturam mutabit,vel à ſua inſita conditione remanebit libera,ſed in vſus pauperum,vel alterius pij operis,quod ſupereſt à neceſſaria Eccleſiaſticarũ perſonarum ſuſtentatione erit erogandum.

Deducitur etiam ex his,quod illa diſtinctio,quæ fit inter diſtributiones quotidianas,& alios fructus,de qua dictũ eſt ſupra
6 in.18. opin. non eſt vera,nõ enim natura rerũ ex modo diſtribuẽdi variatur,nec quòd maiori,vel minori labore quæratur attẽdi debẽt,cũ beneficiũ propter officiũ,& laborem detur,nã vt ex ſupradictis apparet,maiorem laborem & curã Epiſcopalis dignitas requirit,nõ tamẽ ob id cũ Epiſcopo mitius,ſed durius agitur,ſed ſolũ attẽditur,ſuperfluant redditus, vel ſint neceſſarij. Et ideò iuſtè D. Martinus Nauar. vt ſuprà.19. opinio. retulim⁹,iſtã diſtinctionẽ reprobat.

7 Eadem ratione & illa opinio,quæ pẽſiones Eccleſiaſticas clericis aſsignatas, à natura beneficiorũ ſeponit, falſa eſt,nõ enim natura realis mutatione perſonæ variari poteſt,vt ſupra in ſecundo argumento latiùs deduximus,neq; quòd penſio in alimenta conſtituatur efficit,vt quod ab alimẽtis ſupereſt,non ſit eiuſdem rationis, cuius ſunt omnia Eccleſiaſtica bona. Cum beneficia etiã in miniſtrorũ aliméta ſint conſtituta. Imò hoc,quod in aliméta ſint pẽſiones cõſtitutæ (cum aliméta dici non poſsint,quæ in ſe alendo ſecundũ ſuam cõditionem nõ cõſummuntur) efficit,vt ea ſuperflua maximè iudicentur,& eſſe appareat euidentius, quàm ſi alimentorum nomen non haberent. Ideò,cum prætextus,& falſa cauſa apud Deum nihil valeat,obligationem reſtituendi falſo alimentorum nomine penſionarius non poterit euitare.

In bonis autẽ aliunde,quàm ex Eccleſiæ redditibus quæſitis,intuitu ſuę perſonæ nõ Eccleſiæ,nõ eſt aliqua difficultas,cũ poſsit Epiſcopus & in vita,& in morte de his libere diſponere,vt probatur.12. q.5. c. fixũ, & per totã quæſtionem,nã & hęc ſeruare poſſunt,& viuire de redditibus Eccleſiaſticis, vt dicit Abb.& doct. in cap. Epiſcopus. de præbend. Et bene declarat D. Martinus Nauarr. in dict. tracta. quæſt.1. nu.78. ideò prę
8 lati,& alij clerici,qui à principibus ſeculari bus ſtipendia officiorum,quæ exercent,accipiunt,liberè de his poſſe diſponere exiſtimant, ſed hæc conſequentia non ita clara eſt,ſicut apparere videtur,ſi teneamus opinionem Archidiaco. Imò falſum omnino id erit,cũ ea opera,quam impendere in Eccleſiaſtico munere tenebãtur, fraudata Eccleſia reperiatur,nam ſicut ſeruus fructuario ex opera ei debita acquirit,domino vero extra operam,nec hoc ius alteri operam exhibẽdo mutare poteſt,vt probatur.ff. de vſufruc. in.l. ſed & ſi quis. §. interdũ. &. ff. de ſtipulat. ſeruo. in.l.1. §. ſi ſeru⁹ &. §. ſi fructuari⁹. & facit tex. ff. de acquir. rerũ. dñio. in.l. qui bona fide,& in.l. per ſeruũ,&. ff. de pecul. l. hinc quæritur in. §. põt & in verſi. quæ quæſtio. Ita nec hoc poterit facere Epiſcop⁹ vel cleric⁹, vt dimiſſo munere ſibi ex officio

officio iniũcto,alienũ prorſus aggrediatur, & ideo quod lucratur ex opera ſua, quam Eccleſiæ detrahit,non ſecurè ſibi acquirit. Nam ſi quęſitũ ex re Eccleſię,vel Eccleſiæ debita,Eccleſiæ debetur,cur nõ quæſitum ex opera Eccleſiæ debita eodẽ iure cenſebitur?vt dictis legibus. Sed hoc dictum exiſtimari nolim contra animum meum in alicuius inuidiam,cum hic ius interpretemur, non facta cuiuſquã iudicemus,cum ſit etiã manifeſtum,aliquos magnos prælatos ſcięntia & vitæ ſanctitate inſignes, ex cauſis iuſtis à ſede apoſtolica approbatis, ab Eccleſijs ſuis abeſſe,& abfuiſſe. Hoc dixiſſe volui,ne alicui daretur occaſio, ex his ſcriptis pios Epiſcopos iudicandi, nec enim cũ doctiſſimi ſint, imperitia in hac re labi poſſunt,nec cum vitæ exemplo clariſſimi,ambitione vel auaritia à recta via traduci, maximè cum ea cura & ſolicitudo, quæ ſemper in noſtris Hiſpaniæ principibus fuit in eligẽdis prælatis,qui poſſint,& velint debito muneri ſatisfacere,in Catholico,& religioſiſsimo Rege,& domino noſtro Philippo,cum mirabili omnium aliarum virtutũ choro adeò ſplendeat,vt hoc vno propugnaculo,tutiſsimoque præſidio ab apoſtatis,& hæreticis Hiſpaniarum Regna defendantur. Sed de tanti principis laudibus materiam,cum vires noſtras longe ſuperet,integram alijs fœlicioris ingenij viris relinquamus melius eſt, quam pondere rerum obrui, & maxima facta & cõſilia omnium ſermone celebrãda,humili oratione perſequamur. Solũ hac in re in laudẽ Hiſpaniæ noſtrę afferemus teſtimoniũ ſanctiſsimi viri Stanislaij Oſij Varmiẽſis epiſcopi nunc cardinalis illuſtriſsimi hæreticorum expugnatoris acerrimi, qui lib.3. de aucto. ſacræ ſcripturæ,ita inquit. Nullũ eſt enim regnũ nr̃o hoc infœlici ſeculo magis ab hæreſib⁹ intactũ,quã ſit,vel hoc ſolo nomine fœliciſsimum Hiſpaniarũ regnum,cui propter hanc in fide Catholica conſtantiam,&eius tuendę diligentiam alias prætereâ multas fœlicitates Deus largitur(quæ laus olim penes Germanos fuit quoad illi nõ aliud erãt, quàm Chriſtiani neq; in aliud euangeliũ ſe transferri paſsi ſunt ab eo quod à patribus acceperant) vt eſſe gens armis inuicta crederetur. Ea poſteaquã Lutherus in Germania Babylonem ædificare cœpit nunc ferè eſt ad Hiſpanos tranſlata. Sed ad opinionẽ Archidiaconi reuertamur, ex qua ſi vera ſit,adeo præcluſa eſt via clericis diſponẽdi de redditibus Eccleſiaſticis, vt nulla ratio iniri poſsit,qua ab iſta lege liberẽtur. Quin imò nec conſuetudine defendi poterunt, quia ſi nec diuiſio,quæ fit in dict.cap.inter quatuor,de qua ſupradictum eſt,nec quòd portio peculiariter clerico ſit applicata, neque erectio beneficiorum poſtea ſequuta, per quam menſæ clerici fructus aſsignantur,prodeſt,vt liberè clericus, vt de parte ſua poſsit diſponere,non poterit hoc efficere cõſuetudo,cuius non eſt potior vis, quã legis. Quia,ſi id non efficit dicta diuiſio applicando illam partem Epiſcopo, & aliam clericis,ex eo eſt,quòd natura rei id non patiebatur,non quòd lex applicãdo ſibi eam partem,non eo modo applicauit,quo omne ius in eos tranſiret,ſi natura rerum id nõ impediſſet, quod ſi natura rerum conceſſionem à canone factam aſtringit,& ligat, ligabit etiam conſuetudinem ne efficere poſsit,vt natura harum rerum mutetur. Et ideò doctores iſtam partem Archidiaconi tenentes,conſuetudinem talem abuſum,& corrutelam, non conſuetudinem ſimpliciter appellant,Quæ etiam reprobari videtur,niſi quando parum Eccleſiæ præiudicet,extra de teſtament.cap.ad hæc,& cap. relatum. 2. cũ alijs ſupra in.6.opinio.relat.

Item eadem ratione facultas teſtandi à Principe conceſſa eodem iure cẽſebitur, & ſi lex, & conſuetudo hoc efficere non poteſt,nec Princeps poterit,cui legum poteſtas eſt cõmiſſa.ſtãte igitur Archidiac.opinione,natura rerũ Eccleſiaſticarũ, & fruct⁹ earũ adeo immutabilis eſt,vt nec ex prędicta diuiſione,nec erectiõe beneficiorũ per Eccleſiã facta in aliquo ſit immutata, imò nec immutari poſſe D. Martinus Nauarr. apertiſsimè ſentit,cum velit iure naturæ & diuino

diuino in pios vſus,& miniſtrorũ Eccleſiæ ſuſtentationem ſolũ eſſe dicta bona diſpenſanda,quo fiet,vt ad quoſcunque hæc bona peruenĩãt,eiuſdem rationis ſint. Et ideò commẽdatores,quos vocant S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & multo magis illi ſancti Ioannis Hieroſolymitani hoc iure vtentur,vt ſub peccati mortalis reatu,& reſtitutionis, quod ſibi ſupereſt, in pios debeant vſus conuertere,vt D.Martinus Nauarrus affirmat,quinimo,quòd durius videtur,ſi natura dictorum bonorum ita immutabilis eſt,laici poſsidentes fructus Eccleſiaſticos, nullo titulo ratione vel cauſa tuti erunt in conſcientia. Si enim hæc bona ſolum diuina lege in Eccleſiaſticarum perſonarum neceſsitates,& vſus pauperum,& aliarum piarum cauſarũ ſunt deſtinata, & hæc natura adeo inuariabilis eſt, vt nulla conſtitutione,vel poteſtate humana poſsit immutari,vt D. Martinus Nauarr. vult.2. quæſt.nu.25.&.1. quæſt. nu.11.& expreſſẽ D. Petrus de Soto vbi ſupra,& deniq; Archidiaconus,& omnes illi,qui eius opinionem ſequuntur,cum conſuetudinum priuilegiorum,& indultorum à ſummo Pontifice conceſſorum nullam in hoc habendam eſſe rationem exiſtimẽt,quatenus extra dictos vſus prædicta bona conſtituant, ſequitur neceſſariò quòd omnes illæ perſonæ,quæ inter hos nõ connumerantur,ſcilicet inter clericos,pauperes,& pias cauſas tãquam rei alienæ detentores ad reſtitutionẽ ſint obligati. Quod quã durum ſit, & oneroſum nemo eſt, qui neſciat quinimo ſi verum hoc eſſet, quotus quiſque clericus in Hiſpania noſtra eſſet, qui hac ratione non damnaretur,cum ex conſuetudine de fructibus beneficiorum liberè omnes diſponãt inter viuos,& in vltima volũtate. Ideò neſſarium eſt hac in re diligentiſsimè conſiderare,ne onus immenſum contra rationẽ imponatur. Aut enim volumus canones non poſſe facultatem clericis de his bonis, vel fructibus diſponendi liberè concedere ex defectu poteſtatis Eccleſię,& hoc abſurdum eſt dicere,etiam ſi diuino quodam generali iure,hæc natura bonis eſſet conſtituta,vt infra oſtendemus, aut quòd hi canones non velint,& certum eſt,quòd in canonibus recentioribus hæ conſuetudines nõ improbãtur,imò eas amplecti videntur dicti canones,vt ex allegatis per Ioan.Andr. in dict.cap.nemo poteſt. plus apparet. Itẽ quia in diuiſione, quam Eccleſia iſtorum bonorum facit,vel in erectione beneficiorum ſatis oſtẽdit ſe in portione menſæ cuiuſlibet aſsignata,omne ius cõcedere, cum titulus diuiſionis, vel erectionis hoc in ſe contineat,vt infra dicemus. Quò fit, vt ab obligatione iuſtitiæ, & onere reſtitutionis per hoc videantur liberati, licet à lege,ſiue prẽcepto charitatis nõ ſint liberati,vt infra dicetur. Et quia totius huius materiæ vis in eò verſatur, vtrum doctrina Archidiacon. vera ſit, vel opin. S. Thom. illi cõtraria,ideò de ea in ſequenti particula diſſeremus.

Finis tertiæ partis.

De redditibus Ecclesiasticis.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS, Pars Quarta.

In qua tractatur de opinione Beati Thomæ, & reprobantur omnes opiniones ei contrariæ,& ponitur resolutio materiæ,& quando eleemosyna sit in præcepto tam clericis,quàm laicis,& an dominium rerum beneficiorum sit apud clericos.

¶ *Summarium ex Cap. I.*

1 *DE intellectu.c.peruenit.de fideiusso.*
2 *In curia Romana obseruatur, vt clerici de fructibus beneficiorum satisfaciãt creditoribus.*
3 *Intellectus. c.quod quibusdã de fideiussor.*
4 *Diuisio est sufficiens titulus ad transferendum dominium.*
5 *Pauper efficitur dominus rei sibi in eleemosynam concessæ.*
6 *Miles efficitur dominus stipendij.*
7 *Quæ differunt secundum plus, & minus, non differunt in substantia.*
8 *Primũ absurdũ ex opinione Archidiaconi.*
9 *Secundum absurdum ex opinione Archidiaconi.*
10 *Quomodo Ecclesia Dei dissimulet aliqua peccata, vt euitentur grauiora, & in quibus personis, & quibus actibus.*
11 *Redditur ius secundũ dictas cõsuetudines.*
12 *Intellectus cap.ad hæc.de testamen.in compill.antiq.*
13 *Ordines militares non sunt simpliciter religiones, & quartum absurdum ex opinione Archidiaconi.*
14 *Quintum aliud absurdum, quod sequeretur ex Archidiaconi opinione. & laici possunt decimas possidere.*
15 *Opinio Hostien.reprobatur.*
16 *De intellectu opinionis Hostien.contra doctores.*
17 *Intellectus leg.si defunctus arbi.tutel.C.*
18 *Media opinio Cardinal.Zabarell.vnde sumpsit occasionem.*
19 *Opinio Cardina.Zabarell.differt ab opinione Sancti Thom.*

CAPVT. I.

In quo ponuntur rationes,& argumenta pro opinio S. Thomæ, & ostenduntur absurda, quæ ex opinionibus cõtrarijs sequuntur,quæ tãdem reprobantur.

CVM in præcedẽti particula de opinione Archidiaconi latissimè sit disputatũ,sequitur vt de opinione Sancti Thomæ differamus.Est igitur opinio S. Thomæ, quòd ex natura rerum ipsarũ Episcopus,vel clericus potest disponere de redditibus sui beneficij,vel portionis sibi assignatæ eodem modo,quo de bonis patrimonialibus,in quibus potest quidem in abusu peccare, sed non tenetur ad restitutionem. Et ita vult diuus Thom. quòd illorum fructuum Episcopus,vel clericus sint domini, &à

& à lege iustitiæ liberi, licet charitatis sicut in alijs etiam bonis & clerici,&laici(vt infra dicemus)non sint soluti.Quæ opinio S.Thom.videtur hoc argumento probari, clericus sicut in bonis suis patrimonialib⁹ habet dominium,ita habet & in fructibus sui beneficij,ergo eodẽ modo de istis sicut de illis disponere potest, antecedẽs videtur probari ex sequentibus.

Primò ex tex.in cap.1.de cleric.non residentibus,vbi clericis non residentibus in pœnam adijcitur ne dominium distributionum acquirant,sed ad restitutionem teneãtur,ergo apparet,si residerent,effici dominos earundem.Nec potest dici peculiare esse distributionum, alios vero fructus nõ esse eiusdem rationis,quia vt supra probauimus,ista differentia non est vera,vt rectè dñs Martinus affirmat. Nec potest admitti solutio,quæ ex Archidiacono supra allegato colligi videtur,dum dicit,benè tamen cõfiteor,quod clerici talium fructuũ perceptorum sunt domini,& habent eorũ proprietatem quantum ad fidelem,& debi tam dispensationem faciendam, &c. Quia non videtur hoc dominium esse,sed administratio,de qua infra latiùs dicetur.Præter ea ista responsio tollitur,vt ex argumentis sequentibus apparebit.

1 Secundò probatur per textũ in cap.peruenit extra de fideiusso.vbi probat textus, quòd,si clerici ære alieno grauati reperiantur,debet satisfieri creditoribus de fructib⁹ beneficiorũ,quod fieri non deberet,si non essent domini fructuum,non enim de alieno debita solui possunt,esset namque debitum delicto commutare, & ita illum text. ibidem intellexit Hostiens.licet sequendo distinctionem suam,de qua infra dicemus. Idẽ decisum est in Rota,vt apparet decisio. 1.de solutio.in antiq.& glos.sensit istã difficultatẽ in cap.Odoardus de Solutio. nec potest admitti responsio.Archidiac. in dicto cap.statutũ,in. §. assessorẽ.de rescript. lib.6.vt ibidem admittatur ex speciali, & expressa dispositione Papæ,quia nõ est verisimile Pontificem ex indulgentia,sed ex iure ibidem respondisse, maximè quia vbi respondet Princeps ad consultationem, ex iure iamdiu statuto respondisse videtur, vt notat glos.iii cap.consultationi de tempo. ordinan.& in.c.ex tua de filijs presbyterorum.facit textus in cap.fin.de constitutio. & in.l.leges.2.C.de legibus cũ concordan. Item quæ indulgẽtia esset,si clerici fructus nõ essent,sed pauperibus debiti,ex illis velle alijs creditoribus satisfacere, veris fraudatis creditoribus,quorũ causa potior,&antiquior est?nam ortũ cũ re ipsa,&constitutũ est ius pauperum,& ab initio obligatio inhæsit,vt in difficillimo casu argumentatur iurisconsultus,in.l.2.ff. de reb.eorum. facit etiã.l.superficies.ff.qui potior in pigno. habe.facit in simili, quod eleganter inquit Modestinus in.l.in liberto.ff.de solut.*in liberto antiquior contractus operarum esse non potest,sine quibus libertas ei data non esset.*ita in clerico antiquior obligatio,quã de alendis pauperibus esse non potest, sine qua bona ei data non essent.fac.optimus text.in.l. Iulianus. ff. de manumissionibus. & in. l. Caius eodem tit.tex.in.l.licet.C.qui potiores optimus text. in.l.peculium.2. in princip.&.§.1. in versicu. nam si semper. ff. de peculio.præuenisse enim semper pauperes videntur, sicut peculij dominus legis interpretatione præuenit. Item quia absurdum esset fateri, Pontificem in dicto cap. primo,mandare id,quod ipse Archidiaconus fatetur esse iniquum.Ideo Abb.Panormitan.in repetitio.cap.cum esses, num.27. de testament.cui non placet intellect. Archidiaco.aliter respondet,quòd text. non loquatur de redditibus beneficij,sed aliarũ rerum patrimonialium,quas clerici debitores haberent, sed diuinare est, alios reddituS dictos clericos habere,quam ex beneficijs,cum beneficia eos possidere text.in fine subsentiat.

2 Et ita dicit Collectarius,quem Abb. refert, quod vidit in Romana curia admitti clericũ volentem cedere creditoribus fructus sui beneficij, reseruatis tamen necessarijs ad diuinum cultum. Ex quibus de iure

iure,& obseruãtia apparet illos fructus nõ esse debitos pauperib⁹,alioquin id fieri nõ posset,iniustum enim esset,quod ex re alteri debita,alteri satisfiat,signum ergo manifestissimum est,illos fructus esse proprios ipsius clerici,& eos liberè posse alienare.Et hoc ratione maxima nititur,nam iniquum esset,vt clericus possidens beneficium pingue,eximatur à debitis,essetq; omnino cõmercium ei interdictum, quod nullo cano ne factum est, imò permissum clerico est vendere,& emere dummodo non ita mercetur,vt mercatoris nomen,& officiũ vsurpare videatur.Nec potest dici, quòd id cõtingat,nõ quia dominus sit,sed quia administrator cum libera, qui licet peccet, non tamen in exteriori foro facta ab eo reuocãtur,vt Cardin.& alij, de quibus in sua opinione retulimus,quia, vbi administratio sola committitur,consideratur,an actus, vel contractus vtilitatem Ecclesiæ respiciat, vel non, vt ex his, quæ statim dicemus apparebit,sed in specie proposita clericus tenetur,& in fructibus sui beneficij fit executio,etiam si nullam vtilitatem ex eo cõtractu Ecclesia habuerit, si enim vtilitatem habuisset Ecclesia ipsa,nedum clericus posset conueniri,vt in cap.1.de solutio. Ergo dominus plenus,non administrator est clericus fructuum sui beneficij.

Tertiò probatur per text.eiusdem titu. de fideiusso.in cap.cum quibusdã,vbi tex.
3 vult,quod si religiosus fide iubeat sine licẽtia Abbatis,& maioris partis conuentus,pi si in vtilitatem euidentem monasterij redũ dasse constiterit,obligatio est nulla,si vero id fiat cum consensu Abbatis,& conuẽtus pro pecunia ita accepta tenet obligatio, etiã si nulla vtilitas sequeretur ex hoc monasterio. Ergo Abbas, & conuentus obligantur,etiam si id vtile non sit Ecclesiæ,& ita ex fructibus mensæ suæ tenebuntur, sic etiam clericus quoad fructus sui beneficij potest obligari,successor tamen,vel Ecclesia non tenebuntur,nisi pro Ecclesiæ necessitatibus id factum sit,vt in cap.1. extra de solutio.

Quartò videtur expressum in extrauag. suscepti regiminis,ne sede vacã. ex cuius discursu apparet manifestè quòd supportatis oneribus,& diuino cultu exhibito,fructus beneficiorũ sunt omnino liberi. Quod nõ esset si omnia,quæ supersunt,egentibus,& pijs operibus essent dispẽsanda.Imò & ibidem admittitur consuetudo, vt beneficiatus habeat hæredes in fructibus sui beneficij,etiã anni post mortem suã sequentis,& ita non solũ dominium,& proprietas fructuũ viuo cõcedũtur,sed & mortuo cõsuetudine deberi possunt,ergo natura fructuũ beneficiorũ non est talis,vt superflua pauperũ sint,nihil enim potest magis superfluũ reperiri, quàm quod mortuo reseruatur.

Quintò pro ista opinione facit tale argumentum,si bona,quæ pluribus sunt cõmunia,postea legitimè diuidantur, licet prius cõmuni re,non posset liberè quis vti, facta tamen diuisione, portio quæ sibi cõtingit, ita libera,& propria remanet,ac si nunquã fuisset cõmunis.Diuisione ergo facta per dictos canones,illa portio, quæ Episcopo ꝑ eius mẽsa est applicata,libera ab omni onere remanet,ac si in cumulo,qui cũ pauperibus erat cõmunis,nunquam fuisset:eadẽq; ratione est libera à fabrica,& à clero,& eodẽ modo portio clerici ab omnibus est immunis. Hæc collectio in iure nostro est
4 manifesta,cum diuisionis titulus dominiũ iustissimè transferat, emptioni enim semper,vel permutationi similis est,vt in.l.1.C. commu.vtriusq; iudi.*diuisionem prædiorum* inquit lex.*vicem emptionis obtinere placuit*, & in.l.cum pater.§.hęreditatem de lega.2. & ita vel dominium trãsfert,si inter dominos fiat,vel aliàs vsucapiendi causam præstat,vt declar.gloss.in dict.l.1. & Bart.in.l. cum solus col.2.ff.de vsucapio. Deci.in.l. cum proponas.2.col.1.C.de pactis.& cõsi. 202.Felin.in.c.1.colu.4.extra de re iudica. & plura refert Tiraquell. in tracta. de retract.consanguini.§.1.in gloss.14.num.76. cum sequen.& in.§.32.gloss.1.nu.88.Frãc. Balb.in tracta de præscript.1.part.3.partis. q.4.& intellige,quòd trãsfertur dominiũ, scilicet

scilicet,vt dominiũ, quod antea erat commune,et non diuisum, nunc in ea parte sit proprium & ab omni communione liberũ. quo fit,vt de illius portionis fructibus liberè tanquam veré dominus disponere possit, quod enim cõmune erat, propriũ est effectum. & hoc elegantissimè voluit Paulus iurisc5sultus in. l.rectè dicimus in §.Quintus.ff.de verb.signifi.qui referẽdo ita inquit, *Quintus Multius ait partis appellatione rem proindiuisso significari:nam quod pro diuisso nostrum sit, id non partem, sed totum esse.*

5 Quod etiam probatur.6.sequenti argumento id,quod ex prædicta diuisione pauperibus,vel pauperi tribuitur, ita fit ipsius pauperis,vt nulla obligatione astrictus sit, etiam si aliquid sibi supersit,restituere.nec aliquis vnquam pauperis rem sibi datam pleno iure eius effici negauit,ergo idem dicendum est de clerico quoad portionẽ sibi assignatam,& hoc argumento vtitur fr. Domini.de Soto in d.lib.10.de iusti.& iur. q.4.art.3.in.3. cõclusio.licet solum vtatur quoad ea, quæ sub eleemosynæ nomine clericis dãtur,tamen ad omnia etiã,quę ex redditibus suæ portionis clericis applicantur aptari potest.quod probatur,quia cum portio pauperum,& portio clerici ex eodẽ cumulo deducatur,non est cur diuerso iure censeri possit,cum ab vna,eademque re proueniat,vt bene argumentatur tex. in c. cognouimus.12.q.2.vbi inquit Gregorius. *incongruum nanq; est,vnam eandemque ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri,* facit tex.in.l.eum qui ędes.ff.de vsucapi.text.in.ca.quia circa. extra de priuileg. text.etiã in ca.cum in tua. extra de decim. tex.&.Bald.in.c.1.§.cum autem colũ.1.de cõtrouers.inuest.de quo per Tiraquell. in tracta.de retract.consanguin.§.1. gloss.18. nu.21.cum sequen.& in tracta.de nobilita. c.28.nu.11.cum sequen.& in repetit. in. l.si vnquã, verbo donatione largi.nu.232.C. de reuocan.donatio.

6 Quod etiã comprobatur septimũ nam, si miles suum facit stipẽdium,si suam merdenarius mercedem, quare clericus redditus in stipendium sibi assignatos, suos non efficiet?nec in milite, neq; in mercenario distinguitur,an id,quod sibi statutum est necessarium in victum sit,& vestitũ,vel abũdans sit,& superfluat, nam si vltra laborẽ dominus mercenario retribuat, liberalitas domini non debet efficere,vt nos ob id iniquiores simus,vt eum quasi aliena possidẽtem ad restitutionẽ oneremus, vt in Euãgelio dicitur.si igitur ecclesia vberes,et abundantes fructus clerico assignauit, clericus illius stipendij largioris eodem modo dominus est,sicut & iusti, & necessitati soli sufficientis.

7 Præterea.8.si Titius fructus exigui beneficij sibi canonicè collati suos legitime facit,quare pinguioris beneficij fructus non eodem modo suos faciet? quæ enim differunt secundum plus & minus,non differũt in substãtia, vt probatur in.l.fi.ff.de fund, instr.instr.que leg.tex.vbi Soci.in.l. Marcellus.ff.ad senat.consul.Trebel.in princ. not.Bart.in.l.imperiũ,col.5.ff.de iurisdic. omn.iudi.idem Bart.in.l.2.2.lectu.colũ.2. C.de actio.& obligat.optimè Aristotel.in lib.Ethico.1. & hoc est, quod dici solet,in prædicamento substantiæ non datur plus & minus per aduerbia,licet detur per nomina,non enim potest esse magis, vel minus homo Titius,quã Caius,sed potest esse maior,vel minor,si igitur parui beneficij fructus in dominio sunt clerici quare nõ erũt et maximi fructus beneficij? nec enim vn⁹ quàm alius,est magis dominus.

8 Pro ista parte,& opinione S.Thomę facit,quia si hęc opinio non esset vera,sed cõtraria Archidiaconi, sequerentur plurima absurda,nam in Hispania, vt diximus, est consuetudo,cuius origo memoriam excedit,qua clericis non episcopis permissum est, vt in vita,& in morte de fructibus beneficiorum disponãt,& habeant successores ab intestato, si intestati decesserint,episcopi vero in vita tantum disponunt,& super hoc redditur ius tam apud seculares,quam ecclesiasticos iudices,in Italia vero dicunt

doctores noſtri opinionem Hoſtien. de cõ
ſuetudine ſeruari. Quo fit, vt reddi ius ſu-
per hoc affirment, hoc enim eſt ſeruari con
ſuetudinem, vt ipſi cõmuniter in locis vul
gatis dicũt, & paſsim videmus donationes
clericorũ validas iudicari, niſi ſolennitatis,
vel alius, qui alijs obſtare etiam ſolet, defe-
ctus in eis reperiatur: in Gallia autem plu-
res doctores de conſuetudine teſtãtur, ſed
aſſerere omnes clericos ob hoc dãnari, nõ
ſolum eſt durum, ſed temerariũ, & audax,
licet Aluarus de Pelagio ſupra allegatus de
planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 28. art. fi. dicat,
quod licet durum ſit, eſt tamen verum, ſed
ego exiſtimo nõ minus eſſe falſum, & teme
rarium, quàm durũ, & hoc ſolo fundamen
to, & hac ratiõe S. Thomas, de quo infra. c.
ſequenti in reſolutione huius quæſtionis
agemus, decidit ſimilem quæſtionem.

9 Decimo, ſi dictam opinio. Archidiaco-
ni teneremus, & nõ S. Thomæ, ſequeretur
aliud abſurdum, vel potius impoſsibile,
quòd Eccleſia Dei huius rei nõ ignara hoc
„ permitteret, & foueret, & licet Cardinal.
„ Caieta. in dict. q. 185. Ita reſpõdeat, nec ob-
„ ſtat, ſi dicatur, quòd iura illa ſint per cõtra
„ riã conſuetudinem abrogata ſciente tanto
„ tẽpore Romano Põtifice, & nõreprehen-
„ dente, quoniã non conſuetudo, ſed abuſus
„ eſt, & ſimiliter multa per patientiam tolle-
„ rantur, quæ, ſi in iudicium deducerentur, ar
guerentur. Hæc tamen reſponſio non pla-
cet. Et minus placet quod D. Martinus Na
uarr. in. d. tracta. q. 3. nu. 16. reſpondeat ſum
mos Pontifices, & alios prælatos hoc per-
miſiſſe non approbando, ſed ſolum nõ pu
niendo, & diſsimulando ad maiora damna
euitanda iuxta nota. per gloſ. in. c. omnis. 3.
diſt. & in. cap. meretrices. 32. q. 4. cum alijs
per eum allegatis, damna autem maiora ap
pellat litium, iurgiorum, & inimicitiarum.
Quia hæ ſolutiones non tollunt difficulta
tem, & falſę re ipſa ſunt: primo, quia ex hoc
ferè totus ſtatus Eccleſiaſticus, qui laicis de
beret eſſe exẽplo, ex ſua opinione damna-
10 retur, quod non tollit, imò comprobat di-
ctum abſurdum, item nec verum eſt, in per-
ſonis Eccleſiaſticis diſsimulare iura crimi-
na, ea enim in laicis ſæpe diſsimulant, non
autem in clericis, nec hoc in aliqua iuris
parte reperiri conſtantiſsimè affirmare au-
deo. Non enim ſal inſulſum fieri, à quo alia
ſaliãtur, Eccleſia Dei permittere debet, ſed
corrigere, & emendare, quòd ſi adeo corru
ptum ſit, vt putridum efficiatur, foras emit
tet. Diſsimulabit ergo has cõſuetudines Ec
cleſia in ſuis præcipuis membris, quæ alijs
debent eſſe exemplo, ſi eſſent ita peruerſæ &
abſit, nam vt dicitur Matthæi. 6. ſi lumen
quod in te eſt, tenebræ fiat, ipſe tenebræ
quantæ erunt? fac. quod dict. text. notabi-
lis. in cap. qualis. 8. quæſt. 1. ibi, *Eccleſia Dei
deſtruit, meliores eſſe laicos, quam clericos*, fac.
text. in cap. illud & cap. quod autem. &. c.
fina. eadem cauſ. & quæſt. Et plus exigit Ec
cleſia in clericis, vt *eorum, qui in laicali ordi-
ne conſiſtunt obſeruantiã, ſicut loco, ita & reli
gione præcellant*. Ita inquit diuus Gregor. in
cap. fin. 4. diſtinct. Prætereà licet lex cano-
nica diſsimulet aliqua crimina, vt vitentur
grauiora, hoc tamen facit in vita, nõ in mor
te, quando iam non eſt correctionis ſpes,
item in vita, nam quanuis non prohibeat,
nec puniat, ſed tamen tales peccatores ar-
ceat à ſacramentis. Ideò meretricibus, quas
viuas permittit, morientibus denegat Eccle
ſiaſt. ſepulturam, & denegat viuis ſacramẽ
ta, clericis vero licet paſsim teſtentur diui-
tes conſanguineos inſtituendo, nunquam
tamẽ Eccleſia denegauit ſacramẽta, vel Ec-
cleſiaſticã ſepulturam: quod omnino eſſet
faciendum, ſi eos conſuetudo non excuſa-
ret, cum decederẽt in euidenti & inexcuſa-
bili peccato mortali. Manifeſtum, ergo eſt
conſuetudines prædictas excuſare à pecca
to mortali, & liberare à lege iuſtitiæ, aliàs
malefaceret Eccleſia eas ita tollerando, qđ
dicere eſſet impium, & inſanum.

Prætetea eſſe falſum in facto clariùs ap-
paret, non enim in his datur diſsimulatio,
vel cõniuetur, nam redditur ius paſsim, pa-
11 làm, & publicè in Eccleſia Dei, non ſolum
per iudices ordinarios, & inferiores, ſed per
delegatos immediatè à ſummo Põtifice, &
in con

in conſpectu ipſius, non ergo ſimplex diſsi
mulatio, ſed expreſſa approbatio eſt, & nõ
particularis alicuius negocij, quod ad exẽ-
plum trahi nõ debeat iuxta text. in. l. quod
princip. ff. de conſtitu. Principum, ſed iu-
re ordinario id iudicatur. Manifeſtè igi-
tur ex his apparet, iſtas conſuetudines non
eſſe prauas, vt dicti domini affirmant, nec
naturam bonorum Eccleſiaſticorum adeo
immutabilem eſſe, vt ipſi exiſtimant, & fa-
ciunt. fac. in ſimil. quę dicit Magiſt. ſenten.
in. 4. diſtinct. 21. in cap. 3.

His non eſt alienum (licet volubile vi-
12 deatur hoc argumentum) quod per Epiſto
lam decretalem ad hæc. 2. de teſtam. in cõ-
pill. antiq. approbatur conſuetudo ſimilis
ſupradictæ ſecundùm Ioan. And. in d. reg.
nemo poteſt plus. nu. 3. ex quo textu pro-
batur apertè hæc opinio. & licet ſint, qui
dicant, vt idem Ioan. And. argumentando
ibidem illam decretalem epiſtolam poſitã
in prima cõpillat. decretalium fuiſſe in. 2.
compillatione dimiſſam, hodie enim in de
cretalibus non habetur, quia erat iniuſta, ta
men id verum non eſt, ſed ideò non fuit po
ſita, ne illius exemplo in alijs locis, vbi nõ
erat ea conſuetudo, induceretur. Eo enim
tempore non ita dilatata erat conſuetudo,
quæ hodie in omnibus ferè prouincijs in-
crebuit, imò ſenſim obrepſerat, nam tem-
pore Ioan. Andr. non ita erat generalis, vt
nunc eſt, nec reſpectu locorum, nec reſpe-
ctu beneficiorum. In multis enim locis pe-
nitus erat incognita, in alijs ſolum in ſim-
plicibus beneficijs, quibus non eſſet admi-
niſtratio annexa, erat inducta, & ita eo tẽ-
pore viſum eſt iuſtẽ, vt dict. decretalis, quæ
eam approbabat, non inſereretur in decre-
talium libro, ne traheretur in exemplum,
quod vno vel altero loco obſeruabatur.
argumẽ. tex. in cap. ſuper eo in fi. de cogna.
ſpiritual. ſecundùm Ioan. Andr. quod ſi in
ſtes, ex hoc colligi, conſuetudinem illã nõ
eſſe laudabilem, cum à Pontificibus ſit cau
tum, ne traheretur in exemplum, reſponde
bo, quòd dubiũ nõ eſt, melius eſſe clericos
bona ſua pauperibus omnia diſtribuere, &
omnia non ſolũ, quæ de præcepto ſunt, ſed
de conſilio obſeruare, & cõſuetudines, quę
conſilia euangelica reſpiciũt, meliores eſſe:
tamẽ ſi lex, vel cõſuetudo aliter ſe habeat,
non ſtatim iniqua eſt, etiã quod ea permit-
tat, quæ conſilijs nõ ſatisfaciant, dum tamẽ
non ſit contra præcepta. Ideò in hoc leges,
vel conſuetudines in quancunq; partem in
clinent, non ſunt aſpernendæ, optandũ ta-
men eſt, vt homines ſua volũtate cõſilia ſe-
qui intendãt. & ita melius eſſet, vt conſue-
tudine induceretur, vt quæ ſuperſunt oẽs
in pauperes largirẽtur, ſed licet optandũ id
ſit, nõ tamen imperandũ, niſi ſe ſua ſponte
aſtringant, ſed cauendũ, ne exẽplis & con-
ſuetudinibus à meliori via auocẽtur. & ita
iure d. c. fuit omiſſum in ſecũda compillat.
maximè quia induci cõſuetudinem contra
legẽ, non poteſt quodãmodo ſine peccato
fieri, quæ enim ante præſcriptã & perfectã
cõſuetudinẽ fiunt, nõ iuſtè fieri, cum cõtra
legem fiant, crebrius eſt, licet poſsit etiã ali
quando à licitis actibus incohari conſuetu
do ex mẽte S. Tho. 2. 2. q. 97. art. 3. in. 2. & ad
ſecundum. & declarat Ioãnes Driedon. de
libert. Chriſti. lib. 1. vbi agit de cõſuetudine
pag. 128. & quia (vt inquit Vlpian. in. l. 2. ff.
de cõſtitu. princ. S. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 2. *in
rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas de
bet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquũ viſũ
eſt.* & Tucydid. lib. 1. de bello Peloponẽſi.
ἡ μὲν συνήθεια πόλεως τὰ ἀκίνητα ῥόμῳ, ἄριστα.
cauendum itaq; fuit, ne leuiter ius antiquũ
mutaretur, ſed poſtquã conſuetudine mu-
tatum eſt, nõ temere à cõſuetudine eſt rece
„ dendũ, nã vt elegãter inquit Ioã. Dried. in
„ dict. loco, pag. 128. quanuis lex in ſe magis
„ vtilis eſſet reipublicæ nondũ habẽti cõtra
riam conſuetudinem, non tamen eſt magis
vtilis reip. aſſuetæ in contraria conſuetudi
ne: *Quia defectus noſtri temporis, quibus non
ſolum merita, ſed etiam corpora ipſa defece-
rũt diſtrictionis illius non patitur manere cen-
ſuram.* inquit Pelagius in cap. fraternitatis.
34. diſtinctio. & vt inquit D. Auguſtinus
ad Bonifacium, in capit. vt conſtitueretur.
50. diſtinctio. *Detrahendum eſt aliquid ſeue-*

ritati, vt maioribus ſanandis malis charitas ſincera ſubueniat. Quod eſt maximè notandũ ne à conſuetudinibus, quæ ſine peccato, & reipub. damno poſſunt obſeruari, de facili diſcedatur, ne grauiori oneri homines ſubij ciantur. Quod in illo primo apoſtolico cõcilio diuinè ordinatum eſt, dum ita decretum fuit. *Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria. &c.* Et ita ſæpiſsimè Eccleſia de ſuo iure decedit, quia homines conſuetudinibus aſſueti difficilè ab illis, poſſent ſubmoueri, & ſummo iure vtendo, potius ſcandalum, quàm correctio morũ ſequeretur. Et ita diuus Grego. in cap. denique. 4. diſt. inquit. *Et ideò cum venia, ſuo ingenio relinquẽdi ſunt, ne fortè peiores exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur, vt enim ait Salomon, qui multum emungit, elicit ſanguinem.* Sic etiam Eccleſia ſuo iure decedere poteſt excommunicatum cõtumacem, & induratum, inuitum, & impœnitentẽ abſoluendo ab excommunicatione (licet ſacramentaliter à peccato non poſsit) ne Eccleſiæ ſuffragijs priuetur, cum videt excommunicationis medicinam non operari, ſed potius reddi in contemptum, vt ſentit S. Thom. in Additio. 3. part. quæſt. 24. arti. 2. ad ſecundum
" vbi dicit, quod etiam manẽte contumacia,
" poteſt aliquis diſcretè excommunicationẽ
" iuſtè latã remittere, ſi videat ſaluti eius ex-
" pedire in cuius medicinam excommunicatio lata eſt. Hæc ſunt verba S. Thom. idem voluit Abb. in cap. ſignificauit extra de eo, qui dux. in matri. Poſt Io. Andr. col. 1. vbi Domini. nu. 5. in cap. 1. de ſenten. excõmu. lib. 6. & Felin. qui alios refert in cap. Apoſtolicè, col. 1. de exceptionib. Multa etiã caſtra, & bona poſſet Eccleſia vẽdicare, quæ malè alienata ſunt, tamen ex taciturnitate Eccleſiæ forſan ſine peccato poſsidentur, quæ nõ poſſent Eccleſia petente ſine peccato retineri, ſed conniuentibus oculis, pia, & ſancta mater Eccleſia diſsimulat, ne lites & cõtrouerſiç, diſſenſiones, & bella oriri poſſint. Hoc enim ſecundũ Ariſto. inter bonũ, & ęquũ intereſt, *Quòd qui non eſt in malã par-*
tem durior iudex, ſed de ſuo iure decedit etiã ſi habeat legis præſidium, is & æquus, & bonus eſt habendus. Sic in tota Italia Eccleſia diſsimulat exigere decimas, vt infra in capit. ſequenti. ex S. Thom. dicemus, & his ſimilia multa piè facit Eccleſia, ne fragiles ſcandalizentur, & vult potiùs multorum temporalium ſubire iacturã, quàm animas fragilium ſummo iure cõſtrictas periclitari.

Vndecimò ex. d. opi. Archid. ſequeretur
13 & aliud abſurdũ maximũ, quòd bona Eccleſiaſtica prędictis militibus, ordinibus S. Iacobi Calatrauę, & Alcãtaræ iniuſtè, & illicitè eſſent applicata, nõ enim dicti milites ſunt Eccleſiaſticę perſonę, licet, modi viuẽdi ipſorũ appelletur religiões, nã vt S. Tho. " inquit, illi modi viuẽdi ſecũdũ quos homi- " nes matrimonio vtuntur, nõ ſunt ſimpliciter, & abſolutè loquẽdo religiones, ſed ſe- " cundũ quid, in quantũ participant quædã, " quę ad ſtatũ religionis pertinẽt. Ita S. Tho. " 2. 2. q. 186. art. 4. ad. 3. licet hoc ſolum quod coniugio vtantur, non videatur efficere, quin perſonę Eccleſiaſticę ſint, vt ſũt preſbyteri Græci, qui etiam matrimonio vtuntur, licet alia ratione, vel modo, tamen ex alijs cauſis inſtitutio horum ordinum inſtituto Eccleſiaſticarũ perſonarum repugnat, vt in bigamia, & irregularitate manifeſtè videtur. Ideò idem erit in commendatoribus S. Ioãnis Hieroſolymita. qui matrimonio non vtũtur: & ita profeſsione vel religione ipſorum non diſſoluitur matrimoniũ nõ conſummatũ, vt d. F. Domin. de Soto in. 4. diſt. 27. q. 1. art. 4. nec mirũ enim cũ nec per ſucceptionem ſacrorũ ordinũ diſſoluatur, vt in extrauagant. antiquæ. Ioan. 22. de voto. Ne igitur ſequatur hoc abſurdum, ſeu potius impoſsibile, quod Eccleſia in hoc errauerit, permitendo, & concedendo prædictis bona Eccleſiaſtica, & partem decimarũ, euincitur neceſſariò horũ bonorũ nõ ita immutabilẽ eſſe naturã, vt ſi quid eorũ extra prædictos vſus pauperũ, & clericorum, & aliorũ piorũ locorum conferatur, ſtatim leges iuſtitiæ violentur in horum bonorũ diſpenſatione, quòd ſi aduerſarij

ſarij inſtent in ſpecie propoſita, in eoſdem vſus hæc bona diſtribui, cum prædictis commendatarijs, quos appellant, applicantur, cum & ij pro Eccleſia militent, & vſus Eccleſiæ neceſſarios præſtent, ideo & miniſtros eſſe Eccleſiæ, nam ſi id non reipſa, ſed nomine tale omnino ſit, ex dicto Archidi. & ſequẽtium opinione non eſſe ſecuros apparet, ſicut in fructibus beneficiorum clerici non erunt ſecundum eandem opini. ſecuri, ſi id, ob quod dicta bona ſunt conſtituta, reipſa non præſtent. Nam ſentiunt eo ipſo, quod extra caſum neceſſarij victus, & veſtitus clericorum, & pauperũ, & piorum locorũ, dicta bona reperiantur, quibus iuri diuino ſunt deſtinata, ſtatim lege iuſtitiæ ſubmitti, & peccati, & reſtitutionis reos poſſeſſores fieri. Ergo cũ extra caſum huius miniſterij Eccleſiæ ſint reipſa dictæ religiones, bona prędicta iniuſtè à vero Eccleſiæ miniſterio ſunt ſeparata, & iniuſtè à dictis ordinibus poſsidentur, quod nemo dixerit, nec ſectatores dictæ opinionis Archidi. Nam & ipſe dominus Martinus Nauarr. dictos commẽdatores ſolum quoad ea, quę ſibi ſuperfluunt, reos efficit, non tamen negat dicta bona Eccleſiaſtica ab eis legitimè poſsideri, quod tamen ex ſuis, & Archidiac. opinionibus neceſſario deducitur falſum eſſe.

Duodecimum, & fortiſsimum argumẽtum contra iſtã opinionem Archid. & pro opinione S. Thom. colligitur etiam ab abſurdo, ſi enim aſsignatione facta portionis ſuæ clericus non eſſet ſecurus, ſed lege iuſtitiæ teneretur reſtituere, quod natura horũ bonorum ex lege iuſtitię ea ſit, vt ſolum in pios vſus, & pauperes, & neceſſariam ſuſtẽtationem clericorum debeant diſpenſari, et ſi, vt inquit D. Petrus de Soto ſupra allegatus in lib. de Inſtitu. ſacerd. 2. parte de vit. ſacerd. lect. 3. de bo. Eccleſiaſtic. & eorum vſu, nulla ratiõe, aut poteſtate humana fieri poteſt, vt licitè in alios vſus, quam Eccleſiaſticos, & pauperum expendi poſsint, qđ de iure diuino id ſit, neceſſariò ſequitur, vt quicquid extra iſtum vſum reperitur lege iuſtitiæ condemnetur. Ex quo etiam ſequeretur, quòd ſeculares, qui decimas etiã ante
14 concilium Lateranenſe alienatas poſsident, cum illæ decimæ. quæ Eccleſiæ bona ſunt, extra prædictos vſus reperiantur, omnino reſtitutionis rei fiant, & iniuſti poſſeſſores cenſeantur. Hoc autem falſum eſt, & per doctores noſtros paſsim reprobatum, qui dicunt iure poſsidere laicos decimas in feudum, ſibi conceſſas ante Cõcilium Lateranenſe, ita doctores in capit. cum Apoſtolicam, de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſen. capit. & in cap. prohibemus. de decim. per recentiores, varijs in locis Alexand. de Imol. conſilio. 6. volum. 1. Felin. & Pariſi. in cap. cauſam quæ, de præſcript. idem Pariſi. conſil. 25. volum. 4. laſ. in cap. 1. colum. 4. qui feud. dare poſſ. qui referunt alios, quinimo ex conceſsione Eccleſiæ indiſtinctè poſſe laicos poſsidere decimas, vt ex infeudatione vult S. Thom. 2. 2. quæſtio. 87. art. 3. Ad. 3. & videmus Principes ſeculares ex Sedis Apoſtolicæ conceſsione decimarum partem accipere, ſed certum eſt, quòd maiori ratione defendi poſſunt ea, quæ extra neceſſariam cauſam clerici de fructibus ſuorum beneficiorum poſsident, & ſibi ſuperfluũt, quam ea, quæ laici dictorum bonorum extra dictas cauſas poſsident, & tamen illi lege iuſtitię non ſunt rei, imò iuſti poſſeſſores. Ergo & portio clericorum à lege iuſtitiæ, licet ſuperfluat, eſt ſecura, cum illa laicorum in totum extra caſus deſtinatos ex natura rerum reperiantur. Et his opinio S. Thom. quæ ſola ſua authoritate eſt ſatis fulcita cõtra opinionem Archidiac. & magis communem canoniſtarum remanet comprobata.

Ex S. Thomæ opinione, & etiam Archi
15 diaco. in quibus huius argumenti vis verſatur, manifeſtè deducitur opinionem Hoſtienſ. nullo modo defendi poſſe, contra quam omnia ſupradicta pugnant, & rationes pro Archidiac. & S. Thomæ opinioni bus adductæ. Nam cum beneficia ſimplicia, & quæ habent adminiſtrationem an-

à clerico alienationem non permittant, vt ſupra viſum eſt, nec æquum ſit, vt eccleſia iniquitatibus & peccatis clericorum conniueat. Ideò vt ſæpè dictũ eſt, in duabus prioribus opinionibus extat pondus huius materiæ. Omnes autẽ aliæ opiniones, quæ modum ſeu temperamentum amplectuntur, non ſunt veræ, & in iure ſemper ſuſpectæ ſunt, & ruſticorum iudicijs ſimiles, vt dicit gloſſa in. l. Neſennius. ff. de negoc. geſt. cũ veritas vna ſit, & ſimplex: falſum vero, multiplex, varium, & infinitum, ſicut apud Ariſtotelem libr. 2. Ethicorum Pythagorei de malo rectè pronuntiant.

Deniq; aut clerici domini fructuum beneficiorum ſunt, vt vult S. Thom. & recentiores, aut non ſunt veri Domini, ſed adminiſtratores, vt Archidiac. quid igitur ex ijs opinionibus eligendum ſit in ſequent. cap. demonſtrabimus.

¶ *Summarium ex Cap. II.*

1 *Sanctus Thomas non facit differẽtiam inter Epiſcopum, & clericos.*
2 *Argumentum contra opinionem S. Thom.*
3 *Reſponſio ad dictum argumentum.*
4 *Concluſio ſecundum Sanctum Thomam.*
5 *Argumentum contra concluſiones.*
6 *Solutio ad argumenta, & de poteſtate legis poſitiuæ circa legẽ diuinã, & naturalem.*
7 *Intentio legis non obligat, ſed lex.*
8 *Etiam ſi deficiat cauſa legis, nõ defecit lex.*
9 *Reſolutio materiæ ex diuo Thom, & nu. 10.*

CAPVT. II.

In quo examinatur opinio Sancti Thomæ.

IN præcedenti capite poſuimus opinionem ſancti Thomæ, & rationes, quibus comprobari videtur, & abſurda, quæ ex Archidiaconi opinione ſequũtur, ſed quia nõ eſt ſatisfactum allegatis in contrarium, & ex opinione ſancti Thomæ videtur etiam ſequi aliqua abſurda, opus eſt ſpecialius id examinare, & conſtituere, quæ opinio ſit tenẽda. In primis ego exiſtimo opinionem Sancti Thomæ. cum interprætationibus, quas infra ponemus, eſſe omnino ſequendã, pro cuius intelligentia, & reſolutione, vt res melius intelligatur, contra eius opinionem ſic oppono.

1 Primo Sanctus Thomas in ſua opinione nullam conſtituit differẽtiam inter Epiſcopum, & alios clericos, nam, vt ex eo apparet, eiuſdem rationis exiſtimat portionem Epiſcopo aſsignatam, & portionem aſsignatam clerico, & vtriuſque portionis fructus bonis patrimonialibus æquat. Iſtud tamen eſt falſum, quia in diuiſione facta in capit. nos. 12. quæſtio. 2. portio, quæ aſsignatur Epiſcopo, non ſimpliciter ſibi aſsignatur, ſed propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, vt eius verbis vtar, maximè quia Epiſcopus hoſpitalis debet eſſe, vt Apoſtolus inquit. Iteé quia paueruũ pater dicitur, vt in. d. c. gloria Epiſcopi. 12. q. 2. ergo opini, S. Tho. nõ ſimpliciter eſt vera, debuit enim inter eos differẽtiã cõſtituere.

Secundò aut S. Thom. vult conſtituere 2 ſuam opinionem de iure, aut de conſuetudine, ſi de iure obſtant omnia, quæ pro Archidiac. dicta ſunt, & quæ ſtatim dicemus, Si de conſuetudine, conſuetudines nõ ſunt inter ſe ſimiles, alia enim eſt conſuetudo, quam gloſſ. ponit in dict. cap. præſenti, alia eſt, qua in Hiſpanijs vtimur, alia vero in Italia, & alio modo arguitur cum Epiſcopis in Hiſpania, quia non teſtãtur, aliud cum alijs clericis, quia teſtantur, & habent ab inteſtato ſucceſſores, ergo ſententia S. Thomæ ſimpliciter non eſt vera.

Tertio aut S. Thomas habuit rationem diuiſionis, & illa, ſicut & hodie, forſan non erat in vſu, aut conſuetudinis, & ea, vt diximus, erat varia, nec eius indiſtinctè potuit haberi ratio.

Quarto, vt inquit D. Nauarrus. queſt. r. num. 39. vel eorum intentio, quæ huiuſmodi diuiſiones primitus induxerunt, fuit iniuſta, quod credendũ nõ eſt, vel certè fuit, vt

vt vnuſquiſque de ſua portione poſsit diſponere illo modo, quo ante diuiſionem prælatus poterat de vniuerſis, videlicet vt ſuſtentaret ſe honeſtè, & reliqua pauperibus erogaret, hoc eſt ipſius D. Nauarri argumẽtum, quod magis quòad erectionem beneficiorum vrget.

Quinto S. Thom. vult naturã horum bonorum non diſtare à bonis patrimonialibus, vt apertis verbis dicit, & tamen de patrimonialibus clerici diſponunt in vita, & in morte, vt eſt in iure expreſſum in multis locis, extra de teſtam. cap. 1. & c. quia nos. 12. q. 5. per totam, ſed de his non teſtantur, ergo opinio S. Tho. ſimpliciter nõ eſt vera.

Sextò, vt ſupra dictũ eſt, empta ex fructibus bñficij fiunt Eccleſię, ſed aliũde empta ſunt clerici, ergo nõ ſunt eiuſdem rationis fructꝰ beneficiorũ, & bona patrimonialia.

Sed his omnibus, & alijs ſupradictis re- 3 ſpondetur breuiter, quod S. Thomas pro ingenij ſui mirabili dexteritate poſuit ſententiam ſuam ab omni difficultate, & impugnatione liberam, dixit enim, ex natura bonorum nihil differre portionem aſſignatam clerico à bonis patrimonialibus, & poſſe de ea ſicut de patrimonialibus diſponere, quaſi velit, quòd ſi à iure vel conſuetudine aliud non ſtatuitur, natura ipſa rerum nihil aliud poſtulet, quia aſsignatio portionis facta hoc efficit, vt eius dominus ſit, vt infrà clariùs dicemus. Non ergo S. Thomas negat, ſi Epiſcopo vel clerico per legem, vel conſuetudinem aliquid ſpeciali ter imperetur, id obſeruandũ eſſe. Nõ enim de hoc ibi tractat, ſed de natura bonorum, & de perſonis clericorum, quorum inſtitutum nihil ſpeciale poſtulat, cum ij nõ ſint ad ea, quæ ſunt ſupererogationis, & ſic nec ad paupertatem aſtricti, illa vero cum aſsignantur, non ſunt alterius naturæ: quã propria bona. Non igitur tollit S. Thomas, ſi onus vel offerentium voluntate ſit illis bonis imperatum, vel cõſuetudine vel ſpeciali lege aliquid ordinatum, quin obſeruari debeat, id enim ex accidenti non ex natura rerum vel perſonarum contingit.

Ad primum igitur reſpõdetur, quod ibi dẽ non loquitur text. de hoſpitalitate ex lege iuſtitiæ, ſed ex lege charitatis, vt infrà dicetur, & idẽ de dicto Apoſtoli dicendũ eſt. Et idem de obligatione quæ ineſt decimis deſubueniendis, vt optimè de ſend. Domi. de Soto. lib. 9. de Iuſt. & iure. q. 4. in. 4. ratio. Et ita reſpondetur ad id quod dictũ eſt ſupra in. 3. particula. cap. 4. nu. 9. in argum. adducto pro Archidiaco.

Ad ſecundum reſponſum ex prẽcedẽti, quia conſiderauit naturam rerum, & perſonarum, ſed nõ dixit ſtatuta, vel conſuetudines non ſeruandas.

Ad tertiũ S. Tho. habuit rationẽ vel diuiſionis vbi ſeruabatur, vel erectionis beneficiorũ, quę idem operatur, quæ eſt ſpecialis quædã aſsignatio ſufficiẽs ad transferendũ ius, & dñium, vt infra dicemus, & idẽ, quod operabatur diuiſio in parte clerico deſtinata, operatur erectio beneficij, vel ſeparatio menſæ Epiſcopalis, vel abbatialis, ſeu alterius beneficiati.

Ad quartũ reſpondendũ, ob id, qđ dicit D. Nauarrus, vel alia iuſtiſsima cauſa id factum eſſe, imò ob cauſam neceſſariã, vt diſcordiæ, quæ oriebãtur ex cõmunione, vitarẽtur, & cũ Eccleſia id fecerit, non poteſt dici nõ eſſe factũ maxima cũ ratione, & cũ intẽtione pia, vel diuidẽdo dicta bona, vel ſeparãdo, & erigendo in beneficia. Sed hoc nihil concludit, quia, vt ſupradiximus, intẽtio legis non obligat, ſed ipſa lex. Ideò etiã ſi intentio fuerit ea, quam D. doctor Nauarrus ponit, non obſtat ſupradictis, & ſatisfiet etiam intẽtioni, ſi leges miſericordię clericus obſeruet, de quo infrà dicemus.

Ad quintum S. Thomas nõ tollit, quin ſeruetur ius, vel conſuetudo in teſtãdo, vel non teſtando. Nam in hoc diſpoſitioni iuris poſsitiui ſtãdum eſt, quod nõ ſine cauſa clericis teſtandi facultatem interdixit, vt optimè docet D. Nauar. in. 3. q. ſed nõ ea ratio efficit, vt ius illud poſitiuum immutabile contra naturam ſuam reddatur.

Ad ſextum idem, quod ſupra diximus: & infra dicemus in cap. 6. num. 11. circa finẽ

non enim tollit S. Thomas, quin si ius specialiter ordinat, vt in aliquo casu speciali non disponant, sed Ecclesiæ bona reseruent, id obseruetur, cum enim naturam bonorum ita liberam constituit, & quasi tabulam læuem, seu rasam, in qua nihil depictum sit, efficit, apertè vult hęc bona, postquam clerico separata, sunt apta nata esse ad recipiendũ quancũq; legem, & quãcũq; consuetudinem, illamq; legem & cõsuetudinem in foro exteriori & conscientiæ esse obseruãdam. Et hęc est resolutio, quam ex sapientissimo viro colligẽdam existimo.

Sit itaque conclusio, clericus etiam Epi-
4 scopus de fructibus portionis sibi assignatæ, si naturam rerum vel personarũ respicias, potest ita disponere, sicut laicus de bonis patrimonialibus posset, quo fit vt leges & consuetudines, & priuilegia bona, & personas afficiãt, siue disponere liberè permittant, siue certis casibus id fieri prohibeant, ideoque commendatores ordinum, quos vocãt, & laici, qui ex Sedis Apostolicæ priuilegio, vel antiqua consuetudine possidẽt decimas, vel alia bona Ecclesiastica, tali cõsuetudine, vel priuilegio redduntur securi, dum tamen specialiter de his statuta obseruent.

Sed contra istam opinionem sic argu-
5 mentor iure naturæ, & per consequens diuino, & Apostolorum primæuo instituto, bona hæc sunt destinata in ministrorũ Ecclesiæ sustentationem, & diuini cultus exhibitionem, & pauperum alimẽta, vt supra latissimè ostensum est in principio huius libelli, ergo cõsuetudines tales, & leges huic instituto contrariæ, praua, iniquæ, iniustæ & contraius diuinum, & humanũ sunt censendæ, vt latiùs D. Martinus Nauarr. in dicto suo tractat. quæstio. 1. & ita earum nulla habenda est ratio.

Secundò patet, quia siue hæc bona, ex quibus hæ portiones sunt assignatæ, sint ex oblationibus, seu decimis, siue piorum hominũ largitionibus, seu per industriã ab Ecclesia alijs titulis acquisita, sunt talia, qualia modo in præcedenti argumento diximus, vel iure diuino, vt dictum est, vel piorum hominum donantium voluntate. Ergo natura horum bonorum nõ est talis, qualem eam efficit S. Thom. sed ea, quę vel à donante est imposita, vel ea cessante, quæ à prædicto iure diuino descendit.

Sed his respõdeo, verum esse, quod hæc
6 bona iure diuino generali, & eorum institutione habent naturam supradictam, sed cum lex canonica, & positiua possit legem naturalem, & diuinam generalem, & indefinitam determinare, & determinationes ita factæ pertineãt ad legem iustitiæ, si sint ad alium, si his determinationibus satisfiat, à lege iustitiæ diuina, & positiua quis est, liberatus, sed vt hoc clariùs eluceat exẽpla, & similitudines subijciamus, quæ licet Theologis sint notissima, nostris tamen adeò sunt necessaria, vt ptermitti nulla ratiõe possint. Videm⁹ igitur in simili, quòd offerre sacrificium Deo, est de lege naturæ in communi, determinatio autem sacrificiorũ est de lege diuina vel humana, quomodo, & quo tempore fieri debeant, hoc colligitur ex Sanct. Thoma. 2. 2. quæst. 85. articul. 1. ad primum, vbi ponit hæc verba, Aliqua in communi sunt de iure naturali, „ quorum determinationes sunt de iure po- „ sitiuo, sicut quòd malefactores puniantur, „ habet lex naturalis, sed quod tali, vel tali „ pœna puniantur ex constitutione diuina „ vel humana, similiter etiam obligatio sacri „ ficij in cõmuni est de lege naturali, & ideo „ in hoc omnes conueniunt, sed determina- „ tio sacrificiorum est ex institutione huma „ na, vel diuina. Huc vsque sunt verba Sãct. „ Thomæ. Sic etiam videmus in decimis, quæ naturali diuino & positiuo iure debentur, positiuo in determinatione specialiter decimæ magis, quam nonæ, vel vndecimæ, ex mente eiusdem S. Thomæ. 2. 2. quæstione. 87. articul. 1. in responsione, vbi inquit sic ergo patet, quod ad solutio- „ nem decimarum homines tenẽtur, partim „ quidem ex iure naturali, partim etiam ex „ institutione Ecclesiæ, quæ tamen pensatis „ opportunitatibus temporum & persona- „ rum „

„ rum, posset aliam partem determinare sol- „ uendam. ita S. Thomas.

Quo fit, vt qui tũc solueret id, quod per Ecclesiam esset determinatum, nonam vel duodecimam, vel aliam partem, legi iustitiæ satisfaceret. Sic de confessione, quæ iuris diuini est institutio, per ius positiuum quoad tempus determinatur, vt in cap. omnis vtriusq; sexus. de pœnitent. & remissi. sic de obseruatione festorum fiunt determinationes per Ecclesiam, vt istius, vel illius sancti Natalitijs à seruilibus abstineatur operibus. Sic etiam in matrimonijs fiũt per Ecclesiam determinationes circa gradus, & personas, & modum præstandi cõsensum, sicut ex iure antiquo, & hodie ex nouissimo sacro Tridentin. Concilio videmus, & sunt mille alia similia, in quibus Ecclesia determinat ius naturale, & diuinum, ita in proposito argumento potuit optimo iure Ecclesia determinare portionẽ clerici, vel Episcopi, vt fecit in dict. decretis. 12. q. 2. & postea magis specialiter per erectionẽ beneficiorum, qua erectione facta, ex lege iustitiæ satisfactum est natura rerum, si ea portio detur clerico, quæ sibi per dictam determinationem contingit: quę determinatio lege humana, vel cõsuetudine eadem ratione fieri potest, sicut & in multis supra dictis facta fuit, vt & in ienuniorum obseruatione etiã fieri videmus, de qua S. Tho. 2. 2. quæst. 147. art. 3. & ita seruata ista determinatione in illa portione est satisfactum legi iustitiæ, nisi alia specialis obligatio sit assignata. Lex autem iustitię quando hanc erectionem beneficij, vel assignationem huius portionis clerico fecit, eam portionẽ tanquam sibi necessariam assignauit, quod si superfluat, non deficit ex hoc lex, vel determinatio legis, sicut, si decima superfluere clericorum necessitatibus, nõ ideo minus decimæ integræ sunt soluendæ donec
7 Ecclesia aliud statuerit, licet eius intentio deficeret, quia non intẽtio legis obligat, sed lex, vt passim probatur apud S. Thom. 1. 2. quæst. 100. art. 9. & 10. Et ideò licet finis, & intentio legis, quæ istud beneficium erexit, sit, vt clericus pro sua conditione sustẽtetur, & in operibus misericordiæ, quæ supersunt, impendat, tamen si non secũdum legis intentionem dispenset, non est reus legis iustitiæ, licet, vt infra dicemus, à charitatis debito non sit immunis. Sic, qui peccat in diebus festiuis, licet agat contra intẽtionem præcepti, non tamen ex hoc frangit præceptum de obseruatione diei festi con- „ stitutum, nam, vt dicit idem S. Thom. 2. 2. „ q. 184. art. 3. ad 2. cũ id quod cadit sub præ- „ cepto, diuersimode possit impleri, nõ effici „ tur trãgressor præcepti aliquis ex eo, quod „ non optimo modo implet, sed sufficit, qđ quocunq; modo impleat illud, & ita verũ
8 est, quod dici solet, quòd etiãsi deficiat legis intentio, vel finis, non deficit ipsa lex, licet sit iusta causa, vel mutandi legem, vel dispensandi, vt per S. Thom. 1. 2. q. 96. arti. 3. in responsi. Et idem dicimus, si deficiat causa legis, vt est expressum in. l. 1. ff. de minori. viginti quin. ann. in vltimis verbis iunct. titu. C. de his, qui veni. æta. impetra. facit optimé textus. ff. eodem tit. de minorib. in. l. nisi ex magna, vbi inquit Paulus *nisi ex magna causa hoc à principe fuerit consecutus*, & ff. qui, & à quibus in. l. prospexit, bon⁹ tex. in. §. literæ, cum. §. sequent. Institu. de rer. diuisio. & quæ supradiximus in. 1. parte. c. 2. num. 12. de minoris, & Ecclesiæ contractibus eiusdem vtilibus sine solennitate gestis, in qubus rationes legis, & finem deficere dubium non est, non tamen deficit ipsa lex, facit etiam text. in. l. 1. ff. de appellat. in princip. optimus tex. licet admodum difficilis in. l. 2. ff. de reb. eorũ. qui probat omnia supradicta. Et ideo si sutor die festo absque necessitate consuat calceos, etiam si eo tempore dirigat mentem ad Deum, preces, vel hymnos cantans, alius vero eo die vel furetur, vel adulteretur, hic licet à fine legis longius distet, quàm ille, tamen ille, & non hic fracti præcepti de obseruando diem festum reus fit, licet contra aliud præceptum grauius hic peccauerit, quia obligat præceptum, non intentio præcepti.
9 Et ita per dictam diuisionem, vel erectionem

nem beneficij illa res efficitur libera à lege iuſtitiæ,ſi ei tribuatur, cui per dictam diuiſionem, vel erectionem eſt deſtinata, & clericus ſine aliqua iuſtitiæ lege eam rem ſibi poſsidet,niſi ſpeciali lege, vel conſuetudine aliqua ſit inducta obligatio : quæ lex in ea ſpecie,ſicut poteſt obligare, ita poteſt ab omni poſitiuæ legis obligatione liberare. Ideò,& teſtandi facultatem ,& donandi clerico concedere lex poteſt , & eadem ratione conſuetudo.

Sed ſi his opponat aliquis , rectè ſatisfactum legi diuinæ,& naturali diuiſione, vel erectione beneficiorum , quoad clericum per iſtam legis poſitiuæ,vel conſuetudinis determinationem,quoad ipſos clericos inquam,qui non ſinunt hanc legem non obſeruari,ſed quid de pauperib⁹, ad quorum ſuſtentationẽ bona hæc ſunt deſtinata? vt inquit textus in.c.indignè.12. q.2.quid de fabricis,quibus dictæ cõſuetudines non determinant portionem,ſed exterminãt:non modũ,vel rationem ſtatuunt,ſed auferunt. Quomodo in hac parte per præfatas cõſuetudines ſit ſatisfactum,nemo oſtendere poteſt,cũ nullã pauperũ, vel Eccleſiarũ fabricæ rationem habeant,ſed eis partes,per legem antiquam conſtitutas auferant.

10 Huic difficilimo argumento varia diffugia,Frat.Dominic. de Soto , & diuerticula quærit in dict.libro de Iuſtitia & iure.dict. quæſt.4.in.5.ratio.vbi quilibet poterit videre,quia tamen non plenè in hoc ſatisfacit,nec materiam iſtam ita deducit,ſed alia via eam perſequitur,hîc non refero. Sed ſolutionem huic argumento exbeat. Thom. doctrina petendam puto, qui diſputando materiam de decimis in quodlib.2. quæſt. 4.artic.8.ponit hæc verba (quæ licet longiora ſint , omnino tranſcribenda cenſui, quia ex illis huic difficultati plenè ſatisfactum apparebit) hoc commune,quod eſt „ prouidere miniſtris Dei in neceſſarijs vitæ,eſt de iure diuino, quaſi morale præceptum,& de iure naturali exiſtẽs: ad quemlibet autem principem, qui poteſt leges cõdere, pertinet ius naturale cõmune per ius poſitiuum determinare.Nihil enim eſt aliud ius poſitiuum,quàm determinatio iuris naturalis,ſicut ius naturale habet, quòd malefactor puniatur ,ſed quòd tali pœna puniatur, hoc determinatur per ius poſitiuum , quia ergo Eccleſia habet poteſtatem condendi legem in his, quæ pertinent ad cultum Dei , potuit per Eccleſiæ ſtatutum taxari quantitas eorum , quæ ſunt danda miniſtris Dei à populo , vt eſſet quædam conſonantia noui , & veteris teſtamenti, ſtatuit Eccleſia,vt taxatio veteris teſtamenti ſeruaretur etiam in nouo. Vnde omnes tenentur ad decimas , velint , nolint. poſſet autem Eccleſia ſtatuere, ſi cauſa ſubeſſet, vel in maiori vel in minori numero,puta quòd daretur octaua vel duodecima,ſicut & quòd detur decima. Patet ergo, quòd nulla cõſuetudo contraria ſoluit hominem ab obligatione reddendi decimas: quia hæc obligatio fundatur ſupra ius diuinũ,&ſupra ius narurale , vnde ſemper tenẽtur homies reddere decimas,ſi Eccleſia exigat,etiã cõtraria cõſuetudine non obſtãte. Et in terris,in quibus eſt conſuetudo,quòd decimæ ſoluantur , ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas , vnde peccaret , qui non redderet : ſed in terris, in quibus non eſt conſuetudo communis, quòd decimæ dentur , & Eccleſia non petit , videtur Eccleſia remittere , dum diſsimulat , & ideo homines in terris iſtis non peccant decimas non dando.Durum enim eſſet dicere, quòd omnes homines Italiæ , & orientalium partium damnarentur , qui decimas no ſoluunt . Et huiuſmodi argumentum poſſumus ab Apoſtolo accipere , cui cum deberẽtur neceſſaria victus ab his , quibus prædicabat, tamen non accipiebat,nec tamen peccabant , qui ei non dabant , alioquin malè cum eis egiſſet non accipiendo , præſertim cum ipſe dicat Actuum . 20. non enim ſubter fugi, quominus annuntiarem omne conſilium Dei vobis, & ideò Apoſtolus.non exigebat , quod ſibi debebatur, ne daretur aliquod offendiculum Euangelio , vt ipſe ibi dicit: vnde non bene

„ bene facerẽt rectores eccleſiarũ,ſi in terris „ illis, decimas exigerẽtin quib⁹ nõ eſt cõſue „ tudo dari,ſi ꝓbabiliter crederẽt, qđ ex hoc „ ſcãdalũ naſceretur.Hęc ſũt verba S.Tho. ex quibus apparet, cõſuetudinẽ à ſoluẽdis decimis,quę reipſa de iure diuino ſũt, licet quoad quotã ſint de iure poſitiuo (vt lat. decla.R.Epiſc.Sego.lib.1.Var.reſ.c.17.vbi explicat diligentiſsimè decimarũ materiã) excuſare:& ita clarè huius pũcti reſolutio colligitur,magis.n.ea cõſuetudine,qua decimę in totũ Eccleſię auferũtur, quàm illa, quę de eis clerico liberã diſponẽdi facultatẽ cõcedit,à natura rei diſceditur,cũ per illã in totũ,&ſimpliciter,per iſtã nõ oĩno diſcedatur:et ſicut S. Thom.vult quòd cõſuetudo efficere poſsit , vt decimæ quę ſaltim in aliqua parte ſunt Eccleſiæ in totũ extra perſonas Eccleſiaſticas,& pauperes remaneãt, multòmagis efficere poterit, vt clericus arbitrio ſuo de his diſponere poſsit. Cũ clericus de iure diuino,&poſitiuo harũ rerũ particeps eſſe debeat:laicus verò nõ pauper ab his oĩno excludatur,& incapax ſit.Et,vt ad ſenſum patet,plures regulę vitiantur ex cõſuetudine,quã diuus Tho.admittit, quã ex hac,de qua nos agimus.Faciliùs ergo ex cuſari poterit hæc noſtra cõſuetudo quàm illa.Et huic argumento credo ꝙ nullus poſſit reſpondere eorum, qui huius conſuetudinis,tanquã ſit cõtra ius diuinum,nullam habendam eſſe rationem exiſtimant.

Nã S.Th.nõ magis exiſtimat ꝙ illa pars decimarũ quę ceſsãte cõſuetudine eſſet dãda,ea ſtãte remaneat cũ onere dãdi pauperibus,quã alia bona,quæ ſunt patrimonialia apud laicos,quæ a lege iuſtitiæ niſi in extrema neceſsitate, vt ſupra dictũ eſt,ſemꝑ libera ſunt.Ergo & multòmagis apud clericos ea pars, q̃ ſibi aplicatur libera poterit remanere cõſuetudine,ſeu Eccleſiæ cõſenſu tacito id ꝓmittẽte,cũ ſaltim in parte vſib⁹ eccleſiaſticis verſetur cũ clerici vſibus deſeruiat.

Cõprobatur iſtud argumentũ:nam,ſicut ius poſitiuũ põt determinationes facere circa ſuſtentationẽ miniſtrorũ verbi Dei,&ſacramẽtorũ,quæ iure diuino,& naturali debetur ab illis,quibus hæc ſpũalia miniſtrãtur, vt decima vel alia pars maior, vel minor detur,ita eodẽ modo poterit determinare circa ſuſtẽtationẽ,q̃ de bonis Eccleſiaſticis pauperib⁹ debetur,etiãſi id debitũ iure diuino ,pueniat,vt hæc,vel illa pars illis ſit debita,vt factũ eſt in diuiſione illa antiqua, quã inter Epiſcopũ & clerũ,pauperes, &fabricã fecit Eccleſia in partes ęquales,et eadẽ ratiõe potuit partes alias arbitrio ſuo cõſtituere,eadẽq; ratione poſtea potuit per erectionẽ beneficiorũ, quã fecit,partẽ cleri corũ oĩno ſeparare,nã ſi ius poſitiuũ potuit determinare circa ſuſtẽtationẽ miniſtrorũ ꝓdictorũ ea obligatio licet iuris diuini,et naturalis incerta,& indeterminata erat, nõ ſolũ partẽ ei cõſtituẽdo,verũ & in totũ dimittẽdo,ex eo qđ ſine ea clericos,& miniſtros aliunde ſuſtẽtari poſſe arbitrabatur,idẽ eodẽ modo circa pauperũ ſuſtẽtationẽ efficere põt,cũ & in ea ſpecie ius diuinũ de alẽdis pauperib⁹ de bonis Eccleſiaſticis gñale ſit, & inderminatũ ,& ſicut illa determinatio tacita vel exꝓſſa,vel diſsimulatio laicos decimas nõ ſoluẽtes nec clericos alẽtes à lege iuſtitię liberat,ita in materia nr̃a determinationes circa alẽdos pauperes tacitè,vel exꝓſsè,à lege iuſtitiæ poterũt liberare nõ ſolũ in parte,verũ etiã in totũ, exiſtimare eñ videtur eccleſia aliomodo pauperib⁹ eſſe prouiſum,vel ſolã legẽ charitatis,et miſericordię ad id ſufficere deniq; nõ minor obligatio eſt illa, quã laici habẽt de alendis miniſtris verbi Dei,cũ in Euãgelio,& ab apoſtolo ſit expreſſé cõſtituta,quã hęc quæ Eccleſia habet de diſtribuẽdis bonis inter pauperes,nec magis preciſſa,vel ſpecialior hæc,q̃ illa,ergo eaſdẽ determinatiões poterit à iure poſitiuo hæc recipere , quas illa recepit, etiã ſi vt dictũ eſt hęc obligatio à iure diuino originẽ duceret.Nã ſi tenerem⁹ opinionẽ R.F.Dñici de Soto ꝙ iure diuino decimę,& oblatiões miniſtris ſolis,nõ autẽ pauperib⁹ ſunt deſtinatę,multo minor eſſet difficultas:ſed quia nõ adeò certa eſt eius opinio,verior reſolutio ſumetur ex ſupradict. ex his manifeſtè apparet qđ ſtantibus erectionibus

ctionibus bñficiorũ,quibus seperatur portio clericorũ,& multomagis consuetudinibus ſtãtibus,ſecurus eſt clericus in cõſcientia ex lege iuſtitiæ,vt ad reſtitutionem non teneatur,dum Eccleſia contrariũ non ſtatuit:aliàs,vt ipſe S.Thom. dicit,durũ eſſet dicere,omnes clericos, qui nõ reſtituũt malè expenſa,dãnari,vel qui in non pios vſus teſtantur cõſuetudinibus ſtantibus,ſecũdũ quas paſsim reddi ius videmus.Nec oberit, quod S.Tho.vult quod ſi dicimę peterentur,etiã vbi eſt cõſuetudo nõ ſoluẽdi,tunc debeãtur ſub peccato,in noſtra autẽ ſpecie nõ deſunt pauperes,qui quotidie à clericis petãt,ergo non excuſantur conſuetudine: quia reſpond. quòd S.Tho.nõ vult,quòd vno vel altero rectore petẽte,debeãtur decimæ,ſed Eccleſia petente, donec igitur Eccleſia id nõ ſtatuit expreſſẽ,vt decimę(non obſtãte cõſuetudine)ſoluãtur,non debentur,licet vnus vel alter peteret,imò eos malefacere in petẽdo aſſeuerat,ſic in noſtro caſu licet pauperes petãt,dũ Eccleſia cõſuetudinem nõ abrogat,& cõtrarium ſtatuit,clericus de his bonis,vt de patrimonialibus,ſicut per cõſuetudines permiſſum eſt,diſponere poſſunt,& à lege iuſtitiæ ſunt liberati, & multòmagis ab eadem lege iuſtitiæ ſoluti erunt hæredes clericorum,quibus ex teſtamento vel ab inteſtato hæreditas eſt delata,dictis conſuetudinibus permittentib⁹, quicquid velit D. Martin. Nauarr. in dict. tracta.q.3.num.11.ſi enim conſuetudo eos ſuccedere permittat ſine peccato aliquo, etiam ſi diuites ſint,poterũt eius capere hæreditatem,& ſi aliqua erogandi eleemoſynas ineſſet abligatio ex propria perſona hęredis,ea obligatio initium ſummeret,iuxta ea,quæ infra in cap.5.dicemus,non autẽ ex perſona defuncti in hæredem aliqua obligatio talis trãſmittetur,quia obligatio,quę ex pietate ſola miſericordiæ lege,non iuſtitiæ prouenit,ad hæredes nõ tranſmittitur, vt videtur probare text.in.l.viu⁹.ff.ſi quid fraudem patr.cum his, quæ Barto. not.per illum text.in repetit.l.ambitioſa.1. colu.in fin.ff.de decret.ab ord.facien.

¶ Summarium ex. Cap. III.

1 *PRinceps quando poßit mutare diſponentis voluntatem.*
2 *In commutatione piarum voluntatum plus Pontifex poteſt,quàm in alijs non pijs.*
3 *Quarta ſemper detrahitur cõtra voluntatẽ.*
4 *Voto quæritur ius Eccleſiæ,in cuius vtilitatem vouetur.*
5 *Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ.*
6 *Pontifex poteſt concedere teſtandi facultates,& quomodo interpretentur.*

CAPVT. III.

In quo tractatur,qualiter clerici liberati ſint ab obligatione Impoſita bonis Eccleſiaſticis in fidelium largitionibus.

NVnc remanet difficultas,quæ nõ leuis videtur,nec in præcedẽtib⁹ cap. eſt ſublata,nã licet naturæ horũ bonorũ per legem canonicã,vel diuinã inductæ,ſatisfactũ videatur conſuetudinẽ ſeruãdo,quoad partẽ illã bonorũ,quæ bñficijs eccleſiaſticis ſunt applicata,quę vel in decimis,vel primitijs cõſiſtit,tamẽ quoad legẽ humanã,& piorũ hominũ volũtatem,qui multa Eccleſijs hoc nomine relinquerunt, ex quibus beneficia ſunt erecta,nõ videtur ſatisfactũ,cũ Princeps,lex, vel conſuetudo voluntates contrahentiũ mutare non poſſit,vt in.l.teſtamẽt.C.de teſtament.& in.l. cauſas vel lites.C. de tranſactio. & in.l. de contractu.C.de reſcindend. vẽditi. iniuriã enim dicitur princeps facere, qui alicui ius, qđ ſibi in re cõpetit,aufert,ideò ſine voluntate illius id facere nõ poteſt,vt inquit tex. in.l.penul.&fi.de nata.reſtitu.inquit enim Paul.in dicta.l.pen.*nec filio patroni inuito libertus natalibus ſuis reſtitui poteſt.Quid enim intereſt ipſi patrono,an filio eius fiat iniuria,*& Modeſti.d.l.fi.dicit *patrono conſentiente debet libertus ab imperatore natalibus reſtitui.ius enim patroni hoc impetrato adimititur.*& Marcellus in.l.3.ff. de iure aure. anul. inquit. *diuus Commodus etiam ius anulorum aureorũ datum*

*datum ademit illis, qui inuitis,aut ignorãtibus patronis acceperant.*Et ideo cum videamus, plura beneficia erecta eſſe ex legatis relictis,vel alijs largitionibus Eccleſiæ à priuatis hominibus factis,qui ſua bona Eccleſijs obtulerunt,exiſtimantes hæc bona in pios vſus conferre,nonne fraudantur ſua laudabili & pia voluntate,ſi aliter quàm ipſi voluerunt,dicti fructus expendantur ? et legi iuſtitiæ clerici illi voluntati cõtraueniẽtes erũt obnoxij? Circa hoc dici poteſt, quòd, ſi nullum expreſſẽ eſt impoſitum onus his rebus,quæ ſunt Eccleſiæ,vel epiſcopali dignitati,vel beneficio relictę, nõ eſt dubiũ, etiamſi mens relinquentium ea fuerit,vt eorum bonorum fructus piè conſumerẽtur, & hoc futurum ſperarent eodem iure,quo ſupradicta bona cenſeri, & conſuetudine cõprehendi,nec animus in mente retentus poterit contrarium efficere,& tenet R. Frater.Dominic.de Soto in dict.q.4.in.4. cõcluſio.quod ex regula vulgari cõprobatur,voluntatem in mente retentã nihil operari,vt in.l.ſi repetendi.C. de condtio.ob cauſ.Quinimo etiam ſi donans dixerit, nõ dubitare ſe, quin bona ab eo donata pro erigendo beneficio piè ſancteq; ſint diſpenſanda,non tamen hæc enuntiatio, vel cogitatio ita expreſſa præceptum aliquod induci,vt in.l.vnum ex familia. §. finali.ff. de lega.2. niſi velis,ſicut & ibi,iure conſtituto contra verborum vim ex æquitate id induci,vt ibi Papinian. probat, quòd ſi voluntas donantium legem certam impoſuerit, ſeruari debet, niſi ſummi Pontificis authoritas eam voluntatem commutauerit, vt putà ſi ex bonis relictis, vt in pauperes diſtribuerentur,vel vt ex eiſdem,puellis pauperibus dotes cõſtituerentur,ſummus Põtifex dictam voluntatem commutans beneficium erexit,eique certam legem impoſuit,tunc enim ille,cui beneficium tale fuerit collatum,ſi legem in erectione beneficij conſtitutam obſeruauerit,etiam ſi teſtatoris, vel donantis voluntatem non obſeruet,ſecurus eſt in cõſcientia, & ſi ipſe Pontifex,qui ſine iuſta ratione dictam voluntatem immutauerit,ſecurus non ſit,nam licet princeps non poſsit tollere, vel mutare teſtantium vel contrahentium legitimam voluntatem, in non pios vſus ordinatam, vt dictum eſt,tamen cum rerum publicarum,& piarum cauſarum præcipuè ſit illi commiſſa cura,poterit ſemper volũtatem, vel legata ad pias cauſas facta arbitrio ſuo ex cauſa commutare,hoc probatur in.l.legatum.ff.de adminiſtrat.rer.ad ciuita. pertinent.& in clement.quia contingit.de religio.do.elegantiſsimè declarat R. Epiſco. Segobien.lib.3.varia.reſolu.cap.6.nu.7. & Ioã.Dried.lib.2.de liberta. Eccleſiaſt. pag. 206.ideo vbicunque priuatus ex re etiam ſua opus pium vel publicũ aggreditur,non omnino princeps vel is, cui res hæc à iure cõmiſſa eſt illius, qui diſpoſuit,ſequi tenetur arbitriũ,quia ei talis volũtas ſubijcitur, etiam ſi expreſſè contrarium teſtator, vel donans diſponat,in his enim,quæ iuris publici ſunt,partis voluntas non impedit iudicium publicæ perſonæ illi rei deputatæ: & ideo epiſcopus poterit ſe intromittere in executione teſtamenti,ſtante negligentia hæredum & executorum, etiam ſi teſtator id expreſſẽ prohibuerit,vt tenẽt docto. quos refert D. Epiſcop. Segobiẽ.in. c.tua. num.6.extra de teſtamen.Facit in ſimili.l. in confirmando,&.l.vtilitatem.de confirmand.tut.ibi inquit Triphonius,*vtilitatem pupillorum prætor ſequetur,non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum*, ſic etiam videmus de pijs legatis Epiſcopũ habere quartam canonicam portionem, licet id ſit contra legantis voluntatem,qui integrum ſolui vult id,quod legauit,vt in capitu.fina. cum ibi nota.extra de teſtamen.Facit tex. tus in.l.qui totam.ff. ad ſenatus cõſultum Trebellian: cum falcidia, & Trebellianica contra voluntatem ſemper detrahatur.Qui enim decem legauit, non minus decem ſolui voluit,vt probat textus in.l. Titia.ff.ad leg.Falcid.Bartol.& Alexand. in.l.1.§.primo,eodem titul.& Barto.in.l.ſi patronus.ff.de donatio.& in.l.1.ff. de condictio.in debit.nume.3.& in.l.cum quis.2. col.C.

col. C. de iur. & fact. ign. & per Iaſo. in. l. filium, quem habentem num. 24. C. familiæ hercis. ita quarta canonica contra voluntatem diſponentis clericis detrahitur, in qua & in trebellianica magis, quam in falcidia repugnat voluntas defuncti, cum in falcidia error poſsit prætendi, quia ſæpe de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines, vt dicit tex. in. §. in fraudem. inſti. quibus ex cauſ. manumit. non licet, ideo in falcidia, expreſſa, & ſpecialis prohibitio requiritur, vt in auth. ſed cũ teſtator. C. ad. l. falcid. in trebellianica autem &. 4. canonica talis error cadere nõ poteſt, quia diſponentis volũtas ſemper eſt certa, & cõtra eam quarta detrahitur. ſed de his alibi, ſic etiã videmus, quòd quãuis volũtas partium non poſsit commutari, in commutandis tamen votis Deo emiſsis, Pontifex ferè ſemper habet arbitrium, vt per totum titu. extra de voto, habita tamẽ ratione voti cõmodum pecuniarium continentis in fauorem certi pij loci, vt cõmutatio illiuſmet reſpiciat vtilitatẽ vt in. c. ex multa. in. §. fina. etin. c. magnę. extra de voto, quia ex voto ſpeciali, actio ſiue ius eccleſiæ, vel loco,
4 cui fit, ipſo iure quæritur vt in. l. 2. cum ſua glo. ff. de pollicitationi. & licet in alijs promiſsionibus ſit inter doctores controuerſia, quæratur ne ius eccleſiæ, cui aliquid promittitur, non exiſtente aliqua perſona eccleſiaſtica, per quam eccleſiæ queri ſoleat, vel alia, quæ eius nomine promiſsionẽ acceptet, vt omnes tradunt in. l. illud. poſt. gloſ. C. de ſacroſanct. eccleſ. & refert And. Tiraquell. in tract. de priuile. piæ cauſ. priuileg. 114. in voto tamen omnes admittũt ius ſine alicuius acceptatiõe quæri, nõ quidem ius reale vt in dict. l. 2. (ne plura ſpecialia concurrant) ſed perſonale tantum, vt ibidem per glo. quanuis Caiet. in opuſcul. ſuis. tom. 2. tract. 11. q. 3. reprobãdo docto. noſtros defendere velit ex voto nullũ ius illi eccleſiæ in cuius vtilitatẽ fit, eſſe quęſitum, ideoq; nec opus eſſe eius habere rationem, nec eorum, quæ docto. noſtri in hac re ſcribunt dicens ad theologos pertinere tractare de votis. quod vltimum cumulatiuè, vt dicitur, neutiquam nego, ſed in ea. q. an actio, quæ ex iure noſtro oriri ſolet, vt in. l. 2. §. deinde. ff. orig. iur. & omnes trad. poſt Bar. in. l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. ex voto eccleſiæ competat, & vltra conſcientiæ vinculum iudicare, vtrum etiam iuris executio detur, & actio producatur, non adeo alienum à iure noſtro exiſtimo; vt doctores in hoc non ſint audiendi, & Caietanus id ſibi ſoli iure ſuo velit vindicare, cũ iure ciuili hoc expreſſum ſit, vt in dict. l. 2. & iure etiam canonico, vt in dictis capitibus probatur. & in cap. licet vniuerſis eodem titu. Sed vt iam ad materiam propoſitam reddeamus, certum eſt in votis & alijs, quæ pietatem reſpiciunt, ſi non in certarũ perſonarum gratiam fiant, Pontificem etiã contra voluntatem circa rem propriam diſponentis, ex cauſa (quæ ſemper præſumitur) vt poſt Cynnũ. in. l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. publ. Felin. in. c. quæ in Eccleſiarum. nu. 60. extra de conſtitutioni. habere arbitrium.

Nec nouum eſt, vt qui ſuæ rei ſolet eſſe moderator, & arbiter ratione ſubiecti, eius impediatur voluntas, nã & qui quingẽtos aureos Titio liberè donare poteſt, idem ex cauſa mutui nec obolum poterit promittere, vt in. l. ſi tibi decẽ. ff. de pact. & in. l. rogaſti. §. ſi tibi decẽ. ff. ſi cert. peta. & quanuis. 12. tabularũ lege cautũ. ſit, *vt quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto*, vt in principio inſti. de lege Falcid. dicitur, tamẽ teſtator nõ poteſt legato pecuniæ numerãdæ adijcere, vt donec, ſoluatur, aliquid annuũ præſtetur per hæredem, quatenus vſurarũ modũ excederet ciuili iure, canonico autẽ, & diuino, quo omnis vſura eſt prohibita, in quacũq; quãtitate id eſſet, vt probatur in. l. 3. in. §. fin. ff. de annu. lega. de quo latè per R. Epiſcopũ Segobien. lib. 3. varia. reſolu. c. 1. col. pen. & fi. ſic qui de bonis ſuis libere diſponere poteſt, ſi in publicã vtilitatẽ diſponat non poteſt efficere, quin eo etiã inuito magis vtilitatis publicæ, quã voluntatis ſuæ ratio habeatur, ſi pricipii id viſum fuerit. Nec mirũ,

id eſt

id eſt, nam & in naturalibus idem videmus, quòd inclinatur quælibet res magis in conſeruationem vniuerſi, quàm proprię natu-
5 ræ, eaque ratione cõtingit, vt graue contra ſuam naturã eleuetur ſurſum, leueq; deorſum adigatur, ita & in humanis operationibus, ſeu actionib⁹ magis debet haberi ratio publicæ rei, quam priuatæ, ideoq; bonum cõmune eſt ſemper magis amabile, quàm proprium, vt per S. Thom. 1. part. q. 60. art. 5. nec bonum cõmune debet ſubtrahi propter damnum priuatum, vt per eundem S. Thom. 1. part. quęſt. 92. art. 1. ad tertium. et 1. 2. q. 123. art. 9. quod eſt fundamentum validiſsimum omnium eorum, quæ ad reformationem publicorum officiorum pertinent, nec brachium dolere poteſt, quod in vtilitatẽ corporis ſibi ſcindatur vena, nec ſi ſecetur, vel vratur, quòd ſi aliomodo ſanari poſſe corpus cauſetur, nec adeò principale membrum deturpandum, tanto magis ſecari debet, quia & infirmum eſt, & inſanum, cum officium capitis ſibi velit vſurpare. Item ſicut eſſet inſanus, qui infirmitates vitandas negaret, ne medicorum ceſſaret vtilitas & officiũ, ita qui reipublicæ infirmitatibus curandis officiorum cauſa, & eorum, qui illis funguntur muneribus, abſtinẽdũ fore iudicaret, nec enim aliqua priuata vtilitas tanti eſt æſtimanda, vt publica vtilitas non ſit ei præferenda, nam (quẽadmodum inquit Cicero) vt contemnendus eſt ille, qui in nauigando ſe, quam nauim mauult incolumen, ita vituperandus, qui in reipublicæ diſcrimine ſuæ plus, quã cõmuni ſaluti cõſulit. Et Thucydid. lib. 2. de bello Peloponeſ. elegãter inquit, Καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀμυνόμενος τὸ καθ' ἑαυτόν, διαφθειρόμενος δὲ πατρίδος, ὑδ' ἑνὸς ἧσσον ξωναπόλλυται. Κακοτυχῶν δὲ ἐν ἐυτυχούσῃ, πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. ὁπότε ὧν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξωφορὰς διάτε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος, τὰς ἐκείνης ἀδυνάτος. Non nego & priuatæ vtilitatis habendam eſſe rationem, quatenus publicę rei ea ratio non repugnet, ſed dũ ea quæritur, vel inuenitur, publici iuris executionem non eſſe retardandam exiſtimo: idque iuris, &

naturæ leges exigũt, atque determinãt, ſed de his ſatis, vt ad inſtitutum noſtrum redeamus, & concludamus, cum de iuris publici perſecutione agatur, quod, vt inquit Vlpianus in. l. 1. in. §. huius ſtudij. ff. de Iuſt. & iure. *in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit*, & eadem ratione omnia, quæ ad ea pertinent, iuris publici etiam ſint, clericum quoad legem iuſtitiæ ſatisfacere, ſi in expendendo fructus ſui beneficij, obſeruet id, quod in erectione ſui beneficij à Pontifice facta ſtatutum reperitur, quòd ſi nihil reperiatur, ſeruando conſuetudinem illius prouincię, in qua exiſtit tale beneficium, ſatisfacit tam quoad diſponendum inter viuos, quàm in vltima voluntate per ſupradicta, dum circa dictas conſuetudines Eccleſia Catholica nihil expreſſẽ determinat, & ita commendatores, quos vocant, niſi ſuo ſpeciali voto, vel ſtatutis ſui ordinis fuerint aſtricti, cõmuni iure bonis Eccleſiaſticis ſuarum cõmendarum vtẽtur, neque ex lege iuſtitiæ ad reſtitutionem malẽ expenſorum magis, quàm cæteri homines erunt obligati. Ex quo etiam manifeſtè apparet, quantum facultas teſtandi à ſummo Pon-
6 tifice cõceſſa in hac re poſsit efficere, cum enim conſuetudines in hac re ſint attendẽdæ, non eſt cur de ſummi Pontificis poteſtate in hoc poſsit aliquis dubitare, non qđ in ſoluendo, paſsim ius etiam poſitiuum ſine cauſa non peccet ex mẽte S. Thom. 1. 2. quæſt. 97. art. 4. in reſpon. R. Dominic. de Soto lib. de Iuſti. & iur. quæſt. 7. arti. 3. col. penul. lib. 1. Abb. & Deci. nume. 29. in cap. quę in Eccleſiarum. extra de cõſtitutio. ſed vt in hac re non ſit diſpenſandi facultas ita præcluſa, vt ius diuinum violari omnino videatur, quia cum conſuetudine ſit determinatus dictorũ bonorũ vſus, poterit & Pontifex in hac re, vt in alijs iuris poſitiui determinationibus diſpẽſare, de quibus diſpenſationibus teſtandi aliqua ſequẽti capite explicabimus, quia doctores noſtri malè interpretantur iſtas teſtandi facultates, quas ſummi Pontifices cõcedere ſolent, ideò opus eſt nonnulla de hac re conſiderare.

¶ Summarium ex. Cap. IIII.

1 *Donatio à Rege filio facta valet, etiã ſi ſimpliciter fiat.*
2 *Facultas teſtandi an ſpiret morte concedentis.*
3 *Facultas teſtandi non reſtringitur ad primũ teſtamentum.*
4 *Qui poteſt donare mille, poteſt id per partes diuiſim facere.*
5 *Argumento à maiori quando in diſpenſatione procedat.*
6 *Epiſcopi, & ij, qui teſtari non poſſunt, an poſſint in mortis articulo cõſtituti donare.*
7 *An ad pias cauſas, qui aliàs teſtari nõ poteſt, morti proximus poſſit donare.*
8 *Qua ratione de iure communi inductum ſit, vt quis teſtetur, cum diſpoſitio in tempus inhabile conferatur.*

CAPVT. IIII.

In quo tractatur de facultate teſtandi conceſſa à Papa, & de eius interpretatione.

Circa facultates teſtandi, de quibus in præcedenti cap. locuti ſumus, aliqua opus eſt animaduertere, & in primis cauẽdũ conſeo ab opinione Bald. in c. primo in. §. item ſacramenta de pac. iurament. firman. colu. penult. num. 19. qui voluit, quòd donatio
1 facta à rege proprio filio valeat, ſi expreſſẽ dicat ſe poteſtate regia id facere, quia licet iure cõmuni, donatio inter patrem & filiũ in poteſtate conſtitutum nõ valeat, vt in. l. donationes, quas parentes. C. de donatio. inter vir. & vxo. & in. l. frater à fratre. ff. de condic. indeb. tamẽ id verum ſit, niſi donatio fiat â rege, vt dict. Bald. vbi ſupra, & alij plures, quos alleg. Tiraquell. in tracta. de nobi. in cap. 37. nu. 45. nam ſi Rex filio ſuo donet, donatio tenet, argumẽto. l. donationes, quas diuus. C. de donatio. inter vir. & vxor. quaſi ex tali donatione quæſitũ Caſtrenſis peculij priuilegiũ obtineat, tamen Bal. vult, quod tunc demum talis donatio valeat, ſi princeps ſe poteſtate regia facere expreſſẽ dicat, non ſi donet ſimpliciter, quod dictũ ſequitur Feli. in. c. qualiter, & quãdo. 1. col. vndecima verſic. quarta limita. extra de. accuſat. & alijs locis, quæ refert Hippo. idem probans ſingula. 196. cuius exemplo aliqui volunt, quod ſi Epiſcopus vel clericus habens priuilegium teſtãdi, ſimpliciter teſtetur, non exprimens ſe vi illius priuilegij teſtari, teſtamẽtum inualidum ſit, quod vtrunq; falſum eſt, nam ſufficit, quod teſtamẽtum, vel iure cõmuni vel ſpeciali, poſſit ſuſtineri, licet teſtator non exprimat ſe iure ſpeciali teſtari, vt probatur in fortior. in l. 3. ff. de milita. teſtamẽ. Paul. de Caſtr. in. l. ex imperfecto. C. de teſt. & Alex. in. l. quãquam. C. de milit. teſta. refert Dec. l. in contrahenda, nu. 7. ff. de regu. iur. lat. Hyppol. ſing. 84. qui plura refert, ex quibus. d. ſuum & Bal. reddirur falſum. faciũt, quę in ſimili Feli. in. c. cũ ex officij. nu. 31. verſi. ſexta cõcluſio extra de preſcriptionibus, & Alciat. de preſcriptio. 3. reg. præſumptio. 36. videlicet ſi ſciuerit ſibi cõceſſum eſſe priuilegiũ, aliàs contra, vt in. l. qui teſtamento Dñi, & in. l. de ſtatu. ff. de teſtam. licet contrarium defendi poſſit, cum ibi ſit error ſtatus, hic vero qualitatis, cum priuilegia etiam ignorantibus aliquando prodeſſe ſoleant, vt ex traditis in. l. fi. C. de conſuli. lib. 12. per recẽtio. in. l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſ. per Bart. in. l. abſenti. ff. de donatio. & doctor. in. c. ſi tibi abſenti de præben. lib. 6. cõſtat.

2 Secundò cauẽdum eſt ab opinione Maria. Socin. Iunior. conſi. 89. vol. 1. & Reuer. Epiſcopi Segobien. in. d. cap. cũ in officijs extra de teſtamen. nu. 8. qui volũt dictas facultates teſtandi finiri morte Pontificis cõcedentis. cum tamen gratiæ nõ ſoleant ſpirare morte concedentis, vt in cap. ſuper gratia. de offic. delega. lib. 6. & in cap. eum cui. de præben. eodem lib. & trad. Cardinal. in Clemen. cũ conceſſo. verſic. quinto quæro, & ibidem Imol. num. 2. de electio. nec materia gloſſ. in cap. à nobis. 1. de ſentẽt. ex commu.

Cõtra Bald.

Cõtra Maria. et epm Segobien.

commun. in hac re aliquid facit, cũ loquatur in materia iuriſdictiõis, quę cum tractũ ſucceſſiuũ habeat, finitur morte concedentis. Hæc autem materia, quæ gratiam continet, non illis regulis procedit, vt ſtatim clariùs apparebit, minus etiam materia text. in cap. licet vndique. de offic. delega. oppinionem prædictam confirmat: quia loquitur de mandatis, quę morte finiuntur, quando aliquid conceditur, vt fiat, quod concedẽs facturus erat, & eius nomine fit, quale eſt diſpenſare, iudicare, & his ſimilia, quia tũc, cum ipſorum Pontificum poteſtas morte finiantur, & qui eorum nomine agunt, finiri neceſſe eſt, alioquin poſſet per alios, qđ non poteſt facere per ſe ipſum, at teſtamentum, quod quis facit facultate teſtandi interueniente, non Pontificis nomine, quanuis eius priuilegio fiat, ſed teſtantis ſit, & ita materia dicti capituli, licet vndique potius mandati ſit, quam ſimplicis gratiæ, vel priuilegij, & licet finis eius gratiam reſpiciat, id tamen non impedit, quin natura mandati inſpiciatur, vt morte finiri debeat, vt probatur in. l. ſi pater arguméto ab ſpeciali. ff. de manuuind. cum concordant. maximè autem in ſpecie propoſita id obſeruãdum eſt, quia cum teſtamenti non poſſit vſque ad mortem vis aliqua conſiderari, non poteſt habẽti talem facultatem imputari, cur gratiam ad effectum non perduxit in vita cõcedentis, hoc enim facto Dei, non ipſius ſtetit, qui ei longiorem vitam, quam Pontifici concedenti largitus eſt, quòd ſi per viam contractus talis facultas cõceſſa fuiſſet, minus dubitationis haberet.

3 Tertiò maximè cauendum eſt, a ſupradictis, & Philippo Decio, qui in re manifeſta fallitur in conſil. 512. contendit enim, facultatem teſtandi ita conceſſam intelligi de primo teſtamento, adeò, vt qui ſemel teſtatus fuerit, fruſtra ſecundo teſtatur, & ideo hæreditas ex primo, non ex ſecundo teſtamento deferatur, quod adeo abſurdũ eſt, vt mirandum ſit tam graues & doctos viros in hac re, ita decæptos eſſe. Primò quia ſequeretur prius teſtamentum reuocari non poſſe, quod eſt contra ſubſtantiã teſtamenti, quod vltima voluntas eſt, adeò vt nullam legem cõtra hoc imponere ſibi quis poſſet, aqua recedere non liceat, vt in lege, ſi quis in principio teſtament. ff. de legat. tert. nec iuramentum hoc efficere poteſt, vt peruulgatum eſt. Secundò videtur hoc contra textum in lege omnium. C. de teſtamen. Nam ſi teſtamentum à Principe confirmatum poteſt liberè arbitrio teſtantis reuocari, quare id, quod eius permiſſum factum eſt, non poterit? Tertiò quia vulgata regula, qua ipſi vtũtur, quòd intelligãtur verba teſtandi de prima vice. argumen. text. vulga. in. l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſignific. Hanc partem cõtra eos probat, cum teſtatus non ſit, qui in eadem voluntate non permanet. text. notab. in. l. ſtipulatus. ff. de fideiuſſori. ibi, *ea enim locatio, quam ſequutus non es, perinde eſt, ac ſi interpoſita non eſſet.* ſic dicemus teſtatum non videri, qui ab illo teſtamento receſſit. fac. text. in. l. nam & ſi parẽtibus in. §. 1. ff. de inoffi. teſtamen. vbi inquit Papinia. *non enim ſufficit litem inſtituere, ſi non in ea perſeueret*, & fac. tex. in. l. ſi pro patre in. §. verſum. ff. de in rem verſo, &. l. 2. §. illud. ff. de hæred. vel actio. ven. text. in. l. diuortium. ff. de diuortijs, text. notabil. in. l. 2. ff. ex qui. cauſ. in poſſeſſ. eatur, vbi inquit. Vlpianus, *Hæc verba neque defendantur παρατατικῶς ita ſcripta ſunt, vt neque ſufficiat vnquam defendiſſe, ſi nõ duret defenſio*, ita non ſolo teſtandi facto facultas cõſumitur, niſi actus ſubſiſtat, & duret, & ita teſtari παρατατικῶς extenſiue, & cũ duratione intelligi debet fac. text. in. l. 2. §. teſtamentum. ff. quemadmo. teſta. aperiã. vbi inquit Vlpian. *Teſtamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum eſt.* & inferius dicit. *Quod cõtineat ſuprema voluntatẽ.* Et ita vult, quòd nec impropriè dici aliàs teſtamentum poſſit, & ſpeciale eſt in edicto de tabu. exiben. vt pro prioribus etiam detur, vt in. l. 1. §. hoc interdictum. 1. ff. eodẽ titu. quia de tabulis edictũ loquitur, & eſſe poteſt, vt præualeant, quanuis priores ſint, vt in. l. ſi quis in principio teſtãmenti. ff. de

Contra Deci. & alios.

lega.3.nec de effectu earũ, ſed de exhibitio ne quæritur,ideò potentia ſola ſufficere debet.Item quia non datur prima volũtas & ſecunda,ſed vnica,cum ſupremum debeamus expectare iudiciũ,vt in.l.cum hic ſtatus in.§. ait oratio.in verſi. pœnitentiã. ff. de donatio.inter vir.& vxor,ideo nõ dicetur teſtamentum,quod teſtatio voluntatis & mentis dicitur feciſſe,qui in ea mẽte vel voluntate nõ permanet. *nempe* inquit Triphonius *non ſequitur primam volũtatem prætor,à qua pater diſceßit*,in.l.vtilitatem in fin. ff.confirmã.tuto.Nec illa vulgata regula. dictæ.l.boues.ita in cortice intellecta eos mouere debuit, cũ mille declarationes recipiat,quarum plures contrariã probant ſententiam,quas hodie congerit ſatis ordinatè,vt ſolet.Tiraquellus in illa lege,vt patet ex his,quę dicit ibi in prima limitatione numero.5.& in ſeptima limitatio. & octa.Nã verba teſtandi de teſtamento perfecto intelligenda ſunt,quod ante mortem perfectum non eſt,vt in.l.non videtur.ff.de donatio.cauſ.mort.& in.l.quod ſi iterum.ff. de adi.leg.in cap. cum Marthæ de celebra. miſſa.cum vulga.& eſt expreſſum in.l.1.in §.1.ff.de ſuis & legi hæredi.*ſed & is*(inquit Vlpian.) *qui teſtamentum fecit,ſi eius hæreditas non eſt adita,vel ruptum,vel irritum eſt teſtamentum:inteſtatus nõ impropriè dicetur deceſſiſſe* text. eſt in.l. inteſtatus.ff.de verbo. ſignifi.*magis enim res, quam verba intuenda ſunt.* inquit Paulus in.l.promittendo.ff.de iure dot.fac.text.in.l.penul.ff.ad exhiben. vbi inquit Paulus *reſpondi non oportere ius ciuile calũniari,nec eius verba captare,ſed quamẽte,quid diceretur animaduertere*,et ita optimè contra præfatos tenet D. Martin. Nauarr.d. tracta. de redditibus Eccleſiaſticis in quæſt.3. nu.22. cum ſequent. licèt enim dictæ facultates teſtandi odioſæ ſint, & reſtringendæ,vt Deci.probat, & bene, ſicut & omnes diſpoſitiones,quæ bonorum Eccleſiaſticorum naturam & eorum inſtitutionem immutãt,vt de pẽſionibus,& alijs ſimilibus dicendum eſt,id tamen non efficit,vt ita debeat fieri interptatio, vt captioſæ,& ridiculæ reddantur.argumen.text.in cap.ſi ciuitas,vel caſtrum.de ſenten.excõmuni.lib.6.& in.l.ſed Iulianus in.§. mutui dationem.ff.ad ſenat.cõſul.Macedo. & in l.4.§.pen.eod.tit.facit tex.in.l.ſi quis adulteriũ.ff.ad.l.Iuliam. de adulte. & in.l.ſcire oportet.§.1.de tutor.& curator.dat.ab his arguendo per contrarium, & faciunt, quæ trad.Deci.in.l.factum ſuum in. §.fin.ff. de regul.iur.nu.14.& Tiraquell.poſt.ll. connubial.in gloſ.3.nu.107.& gloſ.cap.fin.de vſur.lib.6.in gloſ.fin.imò à iure communi interpretationem recipere debent,vt in.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxali,& in materia noſtra probatur in.l.ſi quando. C. de inofficioſ.teſtamen.facultas enim teſtandi eodẽ modo intelligi debet, quo de iure cõmuni teſtamenti factio intelligitur, in ſubſtantialibus maximè teſtamenti, quæ in voluntate conſiſtunt,vt in dict.l.ſi quando cum alijs,captioſum autem eſſet, ſi cui permitteretur facere teſtamentum,idq; ſemel factũ ante mortem mutare non poſſet, & quòd facultas teſtandi permittit,& indulget,per obliquum in damnum,& perniciem conuerteretur,& fraudem,cum vel haberet hæredem,quem nollet,vel nihil proficeret feciſſe teſtamentum, cum ex primo nullus contra voluntatem ſuccedere debeat,vt in l.1. in.§. ſi hæres.ff.ſi tabul. teſta. nulli.ex tab. vbi Vlpia.inquit.*ſi hæres inſtitutus non habeat voluntatem,vel quia inciſæ ſunt tabulæ, vel quia cancellatæ,vel quia alia ratione voluntatem teſtator mutauit, voluitque inteſtatus decedere:dicendum eſt abinteſtato rem habituros eos,qui bonorum poſſeßionem acceperunt*, nec ex ſecũdo,ſi id teſtator facere non poſſet.Et cauillatio quæ dã admitteretur,quã Græci,vt Iulianus inquit.l.ea eſt natura.ff. de regu.iu.& Vlpian.l.natura.ff.de verbo. ſignific.συκοφαντικὴν Lucianus autem κύρατα,& κροκοδείλους,& Quintilianus Cauillos,alij etiã σοφίσματα appellãt. Et ſupradicta omnia probat tex.ſi rectè cõſideretur in.l.omniũ. C. de teſtam.ibi,*voluntates quidem hominũ audire volumus non iubere,ne poſt ſententiam noſtram inhibitũ videatur cõmutationis arbitriũ, cum*

cum hoc ipſum,quod per ſupplicationem auribus noſtris intimatur, ita demum firmum ſit,ſi vltimum cõprobetur,neq; cõtra iudicium ſuum defunctus poſtea veniſſe detegatur. Nam ſemper callida & maligna interpretatio eſt vitanda,vt in.c.ad audientiã extra de decim. notat Ancharra.in conſilio.53.in numer.5. Quinimo verius eſt,ſi facultas donandi ali
4 cui concedatur inter viuos vſque ad ſummam,pone mille,poſſe diuerſo vel eodem tempore decies centum donare,nec regula dict.§.hoc ſermone,id impediet ex deductis,latè per Tiraquell.ibidem.4.limitatione.arguendo de re ad tempus & ex his, quæ dicit in.5.limitatio.& quia dicta facultas,dum non eſt conſumpta ſumma,ſemper durat,quia verum eſt,nondum dediſſe mille,quę dare facultas permittit:ſicut per contrarium dicimus,qui non poteſt vltra mille donare,dando bis ſex centum legem fraudaſſe videtur,argument.ff.de varijs,& extraordina.cogniti.in.l.1.§.ſi cui cautum eſt,faciunt nota. in authent. qui rem. C.de ſacroſanct.Eccleſi.per recentior. latè Tiraquell.de retract.2.par.in præfatio.num.12. & ad ſupradicta eſt optimus tex.in. c.Apoſtolicæ extra de donati.vbi eſt expreſſum. vide etiam text.notabil.in.l.ſi idem cũ eodem.ff.de iurisdictio.omnium iudic. cum ibi notat.licet ſit argumentum contra in lege ſancimus.§.fina.C. de donatio. & quæ trad. Tiraquell.de retràct. ſecunda parte. §.2.in gloſſ.vnica numero.22. ſed ibi inuenies rationem diuerſitatis, ex quibus cum mentem potius amplecti,quam verbis pertinaciter inhærere debeamus, non eſt dubitandũ contra mentem priuilegij non facere, qui bis & ter mutat teſtamentũ,nec qui pluries donat, ſi præſcriptam ſummã non exceſſerit,vt in dict.cap. Apoſtolicæ, & in dicta.l.1.§.ſi cui,& qui teſtamentum ita facere poteſt.nõ erit donationem cauſa mortis facere prohibendus,vt in. l. 1. in. §. quod autem mortis.ff. ſi quid in fraudem patron.nec codicillos, quicquid malè in
Contra Deci. d.cõſi.Phil.Deci.hæc enim omnia iure cõmuni teſtandi facultate inſunt, nec ab ea facultate dimoueri poſſunt,cum ſub ea cõcomprehẽdatur, ſicut neceſſarium eſt,cui decem nũmos capere cõceditur,vt octo capere conceſſum ſit,vt in.l.1.§.ſi quis ita.ff. de verbor.obligatio. Hæ autem partes vltimæ ſunt voluntatis,quæ conceſſo teſtamento in omnibus ſuis partibus cõcedũtur,vt in.l.Marcellus.ff.de do.cauſa mort.
5 *Nam & mortis cauſa donare poterit,cui teſtari permiſſum eſt*,inquit Vlpia.in.l.cum hic ſtatus in.§.ſi donator, verſi. ſimiles.ff. de donatio.inter vi.& vxor.*Nam & fideicommiſſum,& mortis cauſa donatio*, inquit Paulus. *appellatione legati continetur*.in.l. fideicommiſſum.ff. delega.3.nec me mouerit, quòd dici ſolet,argumẽtum à maiori non procedere in diſpenſatione,vt dicit Hoſtienſis in cap.poſtulaſti extra de reſcript. & Abb. in cap.ad aures in eodem titu. Latè Felin.in dicto. c.poſtulaſti.nu.8.verſi.circa.3. quæſt. Quia verum id eſt,niſi illud minus ſit compræhenſum in maiori,nam conceſſo toto, & partes cõceſſæ videntur,vt in d.§.ſi quis ita,et in omni materia,etiam odioſa id verũ eſt,vt in.l.nec in ea.ff.ad.l.Iuliã.de adulte. in.§.ſed qui occidere,vbi Papinia.ita argumentatur, *Qui occidere poteſt adulterum,multo magis cõtumelia poterit eũ iure afficere*.fac. tex.in.l.in ſuis in fi.ff.delibe. & poſthum. ſentit Bart.in repetit.l.Cęſar.num.19.ff.de publi.& vectigal.argumẽ.cõtra.l. ſolem, in.§.latrũculator.ff.de iudicis,de quo per Din.in regu.plus ſemper de regu.iur.lib.6. & idem Din. optimè in regul. in eo quod plus eod.titu.de quo bene per Deci.in cap. quia in tantũ de præben.& per eundem in cap.cum in cunctis,nu.21.extra de electio. & aliquid in conſi.76.col.fin. optimè ipſe Deci.in.l.in eo quod plus eſt.ff. de regul. iur.reprobando cõmunem intellectũ Ioã. ad.tex.in.l.Grecè.§.illud.ff.de fideiuſſori. pro quo facit optimus text.in.l.3.§. fin. cũ l.ſequent.ff.mãdati,& in.§.qui exequitur Inſti.eod.tit.de quo per Alcia.lib.3.parerg. c.17.&.R.Epiſcop. Segobiẽ. interpretatur in cap.quãuis pactũ de pact.lib.6. ſecunda parte in.§.6.nu.3. argumen.cõtra. c.cui de

non ſacerdotali. de præben. lib. 6. & in. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de reb. eorũ, ſed de his aliàs, quia longiorem diſquiſitionem requirunt, quàm hic locus eſſe poſsit. item etiam notandum eſt in hac materia, quòd illorum donationes, quibus conſuetudo ius teſtandi nõ concedit, de quæſitis ex fructibus beneficiorũ, quales in Hiſpania ſunt Epiſcopi, & in Italia clerici, licet in vita eis ſit conceſſa diſpoſitio per dictas cõſuetudines, tamen ſi morti proximi ſint in
6 infirmitate, ex qua decedãt conſtituti, etiã ſi inter viuos nomẽ eiſdem. donationibus imponatur, & ad traditionem deueniatur, iure vltimæ voluntatis cẽſentur, vt ab illis factæ, qui teſtari minimè poſſunt, inutiliter fiãt, argumen. tex. notab. in. l. filiæ meæ emãcipatæ, & ægræ. ff. ſolut. matrimo. quẽ notat Bal. in auth. niſi rogati. C. de Trebel lia. colu. fin, vbi etiam allegat tex. in. c. 1. de renuntiat. lib. 6. bonus tex. in cap. de his extra de ſepul. & tex. in. l. ſi filia. ff. de diuorti. optimus text. in. l. ſi cum mulier de morte viri deſperans. ff. rerum amota. & in. l. cum ratio. §. fraudis autẽ. ff. de iur. fiſc. fac. text. in. l. qui pœnæ in. §. 1. ff. de manumiſſioni. vbi inquit Marcellus, *Diuus quoque Pius Calphurnio reſcripſit, libertates ab eo, qui iam lege Cornelia damnatus eſſet vel iam futurum proſpiceret, vt dãnaretur, ſeruis datas non cõpetere.* Facit text. in. l. ſi vno. ff. locati. verſicu. Sed etſi verbo. Ex quibus ſatis colligitur, quòd videatur, infraudem facere ille, qui teſtari nõ valẽs, ſi grauatus deſperata infirmitate, mortiq; vicinus donet, etiã inter viuos nomine quidẽ, re autẽ ferè extra viuos, & cauſa certæ mortis, faciat, optimus tex. in. l. Sulpitius. ff. de donatio. inter viri & vxo. vbi inquit Marcellus, *ſi color, vel titulus, vt ſic dixerim, donationi quæſitus eſt, nihil valebit traditio.* facit tex. in. l. 1. in fine. ff. de abigeis. fac. quod not. gloſ. in cap. Rainũtius. in verbo. deducẽdas, extra de teſtamen. & latè Boeri. deciſi. 287. non quòd in infirmitate conſtitutus vſuarius clericus ſit, vt multi doctores volunt, ſed quòd fraus in ea ſpecie ma-
7 nifeſta deprehendatur. Quòd ſi donationes tales in pias cauſas fiant à talibus infirmis, & reipſa tradantur, quæſtionis eſt, nã non valerent, ſi omnino iure vltimæ volũtatis cenſerentur, cum nec ad pias cauſas teſtari poſsint, vt eſt expreſſum in. l. viuus. ff. ſi quid in fraud. patron. *Viuus libertꝰ.* inquit Iulian. *donare bene merentibus amicis poteſt, legare vero, nec bene merentibus amicus poteſt, quo patroni partem minuat.* Donatio enim mortis cauſa ſiue fraude, ſiue non fraude fiat, non tenet, vt eod. titul. l. 1. §. alienatio, quòd etiam alia ratione poteſt comprobari, quia ideo non teſtantur, quia in id tempus confertur diſpoſitio, quo ius, quod habent, futurum nõ eſt, ius enim clerici morte finitur, ſiue ſit dominiũ reſtitutioni ſubiectum, ſiue vſufructus, ſiue adminiſtratio, ideò fruſtra diſponit. vt in. l. vnum ex familia in principio. ff. de legat. 2. in tempus inhabile diſpoſitiõe collata, vt in. l. quod ſpõſæ. C. de donatio. ant. nupti. Abb. in cap. ad hæc de teſtamẽ. facit authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. contra gloſſ. ibidem, cõtra quam eſt textus in. l. eius qui. in. §. fi. ff. de teſtament. in fin. quæ ratio, ſiue ad pias cauſas, ſiue non pias teſtetur, ſemper valida eſt, cũ de re aliena, vel alij debita, vt domino fiat præiudicium, vel creditori, nec ad pias cauſas quis teſtetur, vt in dict. l. diuus, & in dicta authẽ. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in. c. filius noſter extra de teſtam. in hac quæſtione D. Martinus Nauarrus in dict. Manuali confeſſorũ. c. 25. nu. 139. vult. tales donationes re ipſa factas in pios vſus valere, etiam ſi in mortis periculo ſint illi donantes conſtituti, quibus nõ eſt conceſſa teſtandi facultas ratio eſt, quia ius, quod habent, vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum durat, nam & eo tempore matrimonium contrahi, religioniſq; votum vtiliter emiti poteſt, cap. ſicut 2. de regulari. & ſupra tetigimus parte. 3. cap. 3. nu. 6. Quod ergo diximꝰ in periculo mortis conſtitutum non poſſe donare, ſi is ſit, qui teſtari non poſsit, id ratione fraudis præſumptæ eſt, non quòd poteſtas eo tempore deficiat, ſed quod videatur potiùs ſucceſſori adimere velle, quàm ſibi

ſibi, vt in ſimili dicit Marcellus in. l. 1. ff. de donat. cauſ. mort. quę præſumptio fraudis, ſi in pios vſus ſemota omni affectione, veris pauperibus, maximè non amicis, nec cõ ſanguineis, ſed ignotis donatio fiat, ceſſat; quia nihil magis contrarium fraudi, quàm vera pietas ſit, cum ex contrarijs fontibus hæc oriantur, alterũ enim ex charitate oritur, quæ nihil agit perperam, alterum vero ex inuidia, & odio ſucceſſoris, vel ex inordinata affectione in donatariũ dimanare certũ eſt, quòd ſi qui ita moriturus donat pauperibus, ſanus idemmet facere ſolebat, non poteſt cadere vlla ſuſpitio. Nam & diuus Laurentius moriturus donauit theſauros Eccleſię, cuius exemplum qui ſequatur nõne ſecurus à fraudis ſuſpitione erit? teſtari autem in pios vſus etiam ceſſante fraude non poteſt Epiſcopus, quia in tempus inhabile, & quo dominus futurus non eſſet, diſpoſitio confertur, & licet idem videatur in quolibet teſtante, cum vltima voluntas poſt mortem, quæ omnia adimit, conferatur, vt dicit gloſſ. in. l. illa inſtitutio de hæred. inſtitu. ff. in verb. pendere, Decius in rub. C. qui teſt. fac. poſſ. Barb. rubr. 2. lect.
8 2. colu. de teſtament. tamen per legem prouiſum eſt inducendo hæreditatẽ, quę imaginaria eſt perſona, in qua continuetur magis, quã finiatur ius defuncti, & poſtea per repræſentationem hæredis, eſt ſuccurſum, quòd in is, quæ ad hæredes non tranſeunt, locum non habet, ſed omnino ea morte finiuntur, ideò de acquiſitis ex fructibus Eccleſiæ Epiſcopus non teſtatur, quia lex in his adminiſtrationem, vſumfructum ſiue dominium, quocunque nomine appelles, reſtitutioni ſubiecit, & in his perſonam imaginariam, quæ hęreditas appellatur, nõ ſubminiſtrauit, donatio autem re ipſa facta inter viuos, etiã ſi ſit vicinus morti donans, iure ſuo, ſi fraudem remoueas, ſubſtinetur, cuius poteſtas morte ſola, non eius vicinitate ſpiret, & hoc etiam noſtris tẽporibus ſanctiſsimos viros feciſſe accepimus qui, quod ſemper ſolẽt fructus ſuorum Epiſcopatuum pauperibus elargiri infirmitatibus grauati, idem ſedulo cum omnium laude exequuti ſunt, quorum aliqui in pace requieſcunt, alij vero adhuc viuentes infirmi & ſani ij dẽ ſunt. Sed etſi reperiretur prælatus, qui ſanus non ita fuiſſet liberalis, non tamẽ ſtatim, ex hoc, quòd infirmus donet, poterit fraudator haberi, nec eſt prohibendus eo tempore, Dei miſericordiam bonis operibus promereri, non nego id ſanum facere meliùs eſſe, ſed infirmo hoc interdicere, res eſſet mali exempli, ſi omnis prorſus affectio inordinata ceſſet, quòd ſi, vt diximus ignotis, & veris pauperibꝰ diſtribuat, non conſanguineis, non amicis, quę poteſt cadere ſuſpitio fraudis? Nonne magis fraudulẽtus erit, qui hæc à pauperum manibus velit eripere? faciunt quæ trad. R. Frat. Dominic. de Soto in dict. quæſt. 4. art. 4. colu. fina. quòd ſi affectionis inordinatæ ſint cõiecturæ, hæc cum illis non leuis erit, ſi id, quod in vita facere non conſueuerat, cum iam moriatur facere incipiat. argumẽto textus in. l. 1. C. de pecul. eius qui liberta. meruit, ſed de his ſatis, vt ad doctri. bea. Tho. in dict. quodli. 6. reuertamur, exqua clara redditur huius materiæ reſolutio, adeò vt coronis huic quæſtioni, imò & libello imponi poſſet, cum omnes difficultates hoc vno ſublatæ fuerint, niſi opus foret oſtendere licentiam, quam ex his clerici ſibi datam prætendere poſſent ſtrictioribus, legibus & cãcellis circũſcriptam, & incluſam eſſe, quàm ipſi exiſtimant.

¶ *Summarium ex Cap.* V.

1 *Ex diuina quoad charitatem non eſt determinabilis per legem humanam.*
2 *Dilectio Dei non cadit ſub præcepto, ſecũdùm aliquam menſuram.*
3 *Quando eleemoſyna cadat ſub præcepto: & quando in eius omiſsione peccetur mortaliter.*
4 *Opinio Abbatis Panormitani.*
5 *Nõ requiritur, quòd ſit extrema neceſsitas, vt eleemoſyna ſit de præcepto, vt latè probatur per ſeptem argumenta.*

6 *Peccat, qui consumit suos redditus in venatione, & hystrionibus.*

7 *Ad charitatem reducuntur omnia præcepta, vt ad finem.*

8 *De superfluis, etiam cessante extrema necessitate eleemosyna est de præcepto.*

9 *Pauperem esse, vel diuitem, non est in puncto indiuisibili, nec quæ dicantur superflua.*

10 *Res Ecclesiæ dicuntur sacræ in. 4. gradu, ideò in eis committitur sacrilegium.*

CAPVT. V.

In quo tractatur, quãdo eleemosyna sit de præcepto, tam in clericis, quàm in laicis.

IN præcedentibus capitibus visum est an clerici, à lege iustitiæ in reddituum suorum dispensatione liberentur, nunc videndũ est quomodo lege misericordiæ teneãtur, nam vt dictum est, lege iustitiæ, & restitutionis vinculo sunt soluti, ex debito tamen charitatis ad eleemosynam de his, quæ sibi supersunt, tenentur, quãuis enim diuinum ius, & naturale per ius positiuum determinetur quoad iustitiæ leges, quoad charitatem tamen nõ est determinatũ, nec potest determinari, & similies specialiter, & minutim determinetur, quantũ clericus expẽdere possit, quantũcunq; strictè fiat cõputatio, si reperiatur vere aliquid sibi superesse, vel parsimonia, vel alia quacũque ratione, fieri non potest, vt id quantuncunque sit, non cadat sub debito charitatis, tenetur enim quis de superfluo ex præcepto facere eleemosynam, quod præceptum nõ potest lege humana recipere determinationẽ aliquam, quod enim diximus legem naturæ, & diuinam posse per legem positiuã determinari, eò pertinet, vt eatenus possint determinari, quatenus iustitiã respiciant, non quatenus ad charitatem pertinent, quia vt S. Tho. singulariter declarat. 1. 2. q. 99. art. 5. ad primum moralia in tantũ sunt lege determinabilia, inquantum pertinent ad iustitiam, & ita Idem S. Tho. 2. 2. q. 184. art. 3. in 2 respons. ita inquit, non autem dilectio Dei, & proximi cadit sub præcepto secundũ aliquã mẽsurã, ita quòd id, quod est plus, sub consilio remaneat, vt patet ex ipsa forma præcepti. & infra dicit, hoc ideo, quia finis præcepti charitas est, vt Apostolus dicit. 1. ad Thimoth. 1. in fine autẽ non adhibetur aliqua mensura, sed solũ in his, quæ sunt ad finẽ, vt Philosophus dicit. 1. Politico. sicut, medicus non adhibet mensuram quãtum sanet, sed quãta medicina, vel dieta vtatur, ad sanandũ, hæc S. Thom. ibi, & quodlibe. 5. art. 18. Et ita quomodocũq;, superfluũ aliquis possideat, tenetur de necessitate salutis ad dandam eleemosynam in casu necessitatis, vt infra dicemus, nec per legem potest determinari quãtitas vel modus, intrà quem quis sit immunis ab ista lege misericordiæ, dum enim sibi superfluat, omnino charitatis legi subijcitur, & ita omnia, quæ dicta sunt procedũt quoad legem iustitiæ, non quoad debitum charitatis, & ita Sãct. Thomas, in illa quæstione. 185. art. 7. vult, quòd propter immoderatum affectũ, vel vlum peccet clericus, si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis, loquendo de deputatis in vsum Episcopi, vel clerici. Pro cuius intelligentia notandum quæstionem esse in- 3 ter doctores, quando quis teneatur facere eleemosynam sub peccati mortalis reatu, nam dubium non est eleemosynam de superfluis esse de necessitate salutis, cadit eã sub præcepto de dilectione proximi, vt docet S. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 5. & Cardin. Alexand. cap. tria sunt. 45. distinctio. & ita tàm laici, quàm clerici, tàm mares, quàm fœminæ cuiuslibet conditionis sub peccati mortalis præcepto eleemosynam facere tenentur.

Sed in hoc artic. Abb. Panormitan. no- 4 ster in cap. si vero, extra de iure iurando in numero. 6. existimat duo concurrere debere, vt eleemosyna sit de præcepto, alterum

rum vt quis superflua possideat, alterum vero, quòd pauper ille, cui facienda sit eleemosyna, in extrema necessitate sit constitutus, quod si quid ex his deficiat, eleemosynam esse de consilio duntaxat, quod etiam tenet Præpositus. Cardinal. Alexand. in cap. sicut ij. 47. distinctio. 4. conclusio. 3. Et Lu-
Cõtra Abba. & Alexand. dolf. de Saxo. Carthusi. 1. parte. capit. 17. & Abb. in fine principij. 1. distinct. vbi Felin. colu. penultima, & fina. & Anto. de Burg. in cap. 1. num. 29. de emptione & vendi. sed falsa est eorum opinio, & in contraria sententia fuit S. Thom. quodlibet. 8. quæst. 6. art. 13. vbi expressẽ. & in. 4. sententia, dist. 15. quæstio. 2. art. 1. qui dicit, quòd communis est hęc opinio: & eã sentit in. 2. 2. q. 66. artic. 7. in concluſ. qui semper tenuit, non requiri quòd detur extrema necessitas, vt quis eleemosynã de superfluo facere teneãtur, hoc manifestè probatur ex pluribus.

Primò ex Mathæ. 25. vbi secundùm S. Thom. probatur, quòd eleemosyna est in præcepto, cum eius omissio pœna æterna puniatur, sed ibidem quando dicitur esuriui, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & non colligistis me, nudus, & non operuistis me, infirmus, & in carcere, & non visitastis me, non innuitur, quòd in illis rebus extrema necessitate laborauerit, nã raro euenit: vt quis, propterea quòd nudus sit moriatur, & in potu, cum passim aqua reperiatur, raro extrema cadit necessitas, & licet Cardinal. Turrecrema. in cap. singulis. 86. dist. 4. colum. in. 3. concluſi. velit extra paradisum neminẽ nudũ viuere posse. Quòd
Contra Turrecre. videtur probari, in. l. legatis alimentis. ff. de aliment. & cibis. legat. ibi, *quia sine his alicorpus non potest.* Sed si præcisse hoc intellexit, experiẽtia cõtrariũ multis in locis ostẽdit, si intelligit nõ posse, quia sit cum maxima incommoditate, id erit iam extra necessitatem extremam, nisi dicas extremam dici, quia licet non sit extrema quoad vitam, est tamen pudoris, & humanitatis ratione habita, quòd inter homines fidei dono prædictos, nullus ita viuere posse videatur, licet viuant hoc modo Barbari multi, & infideles. Et viuerent hæretici quidam qui Adamiani appellabantur, vt in cap. quidam autem. 24. quæstio. 3. versi. Adamiani, quam hæresim horum temporum hæretici prætermisserunt, nec cum alijs iam diu in inferno sepultis excitauerunt quòd corporibus suis quibus maximè indulgent non cõueniret Epicurij enim mores & setam omnes complectuntur.

Secundò videtur comprobari exemplo Lazari mendici, in quo non apparet fuisse extremam necessitatem, nam cum ostiatim peteret eleemosynam, secundùm eos, qui istas subtilitates perquirunt, non habentur ij tales, vt in extrema necessitate constituti videantur, ergo ad eleemosynam, vt sit in præcepto, non est necessariũ, vt adsit extrema indigentia.

Tertiò probatur. 1. Ioannis. 3. vbi dicitur, quòd non dare eleemosynam necessitatem habenti charitati repugnat, ergo est peccatũ mortale, non tamen necessariò debet intelligi de necessitate extrema, quia verba nõ sunt talia, inquit enim bea. Ioan. *Qui viderit fratrem suũ necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab illo, quomodo charitas Dei remanet in illo?* Et dicitur Prouerb. 21. *Qui obturat aurem suã ad clamorem pauperis, & ipse clamauit, & nõ exaudietur.*

Quartò, quia si solum esset de præcepto in extrema necessitate & aliàs solum de consilio, sequeretur, quòd diues, qui decem vel viginti millia ducatorum habet in redditibus, & qui omnibus huius mundi bonis abundat, non esset in statu dãnationis, etiamsi toto tempore vitæ suæ nec obolum lagiretur, cum si necessitates communes non sufficerent ad præceptum, illæ extremæ raro, vel nunquam occurrant, & tamen hoc est ita absurdum, vt nullus id non videat, ergo & cõclusio est absurda, & falsa.

Quintò omnibus condemnandis eleemosynæ omissio imputãda erit, vt in sentẽtia vltimi iudicij, quæ hunc titulum, hãc suprascriptionem, hanc solam rationẽ, & causam

ſam continebit. de qua ſententia. Math. 52. Sed quòd illis omnibus neceſsitates extremæ occurriſſent veriſimilè non eſt, ergo non ſola extrema neceſsitas eſt in præcepto & obligatione eleemoſynæ, & quod maximè mirandum ſit, quòd in ea ſententia non aliorum criminum ratio haberi videatur, & quòd omnibus hominibus condemnandis ea culpa communis ſit, nam & Sodomæ condemnationi, cuius crimina & abominationes cauſam peculiarem & notiſsimā habere videntur, idem titulus aſcribetur, & cōmunis omnium aliorum culpa imputabitur dicēte Dño per Ezechielem capitulo decimo ſexto. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundātia, & otium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebat.* Si hoc igitur Sodomis imputabitur, quid his, qui patres pauperum appellātur, & eſſe debent, fiet? Quibus expreſſé in Aurelianenſi concilio pręceptum eſt, vt victū & veſtitū pauperibus largiantur, vt in cap. Epiſcopus. 82. diſtinctio. Cuius verba ſunt, *Epiſcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente ſuis manibus laborare non poſſunt, victum & veſtitum in quantum ſibi poſsibile fuerit, largiantur.* Et ita diuus Gregorius in cap. fratrem. 86. diſtinctio. inquit *alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, vacuum nomen Epiſcopi tenet.*

6 Sextò pro iſta parte facit, ſi hoc nō eſſet verum quod ſuperflua eſſent pauperibus elargienda ſub pœna peccati mortalis, ſequeretur, quod ille, quia ea, quæ ſibi ſuperſunt, in hyſtriones & venationes, & ſimilia conſumeret, non peccaret, cum ſi hæc res nulli nec ex lege iuſtitiæ, nec miſericordiæ debentur, poſsint & ſine peccato diſsipari & in mare proijci, vt à quibuſdam Philoſophis factū eſſe perbibetur, nō tamen vel politicus, vel Chriſtianus homo hoc faciet, cū prodeſſe his rebus indigentibus poſsit, nec ſimile quid ſancti fecerint, nec aliquis ſanę mentis homo, *Fecit hoc* inquit diuus Hieronymus ad Pammachi. *Crates Thebanus, fecit Antiſthenes, fecerunt plurimi, quos vitioſiſſimos legimus, plus debet Chriſti diſcipulus præſtare, quàm mundi philoſophus, gloriæ animal, & popularis auræ, ac rumorum venale mancipium.* Quinimo eſſe hoc lege prohibitum nō dubium eſt argument. l. lege Iulia. in. §. pen. ff. ad. l. Iulia. pecula. facit tex. in. l. at ſi quis in. §. funeris. ff. de religio. & ſumpti. funer. licet ſit argumentū contra in lege Mæuius. ff. de condi. & demonſtra. Sed illa lex aliū habet intellectum, de quo recentiores poſt Raphael. cuma. plura effundunt, maximè Fortunius in. l. Gallus. §. Et quid ſit tātum. ſed melius alijs explicat Acoſta. Luſitanus iuriſperitorū ſui tēporis facilè Princeps in d. §. Et quid ſi tantū, pagi. 189. ideò peccāt, qui ita bona profundunt, vt in cap. donare, & in cap. qui venatoribus. 86. diſtinctio. & ita prodigalitas eſt peccatum, vt per Sanct. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 119. art. 2. & dicit idem S. Thom. quòd qui donat malis ſine legitima cauſa, peccat. 2. 2. quæſtio. 126. artic. 4. in concluſio. Nam licet legibus ſeculi re ſua quilibet, & vti, & abuti poſsit, vt in. l. ſed etſi lege. §. conſuluit, & in. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſiquid autē, vbi Alberic. ff. de petitio. hæredita. lege tamen Dei, quæ ſcripta eſt in ipſius præceptis, licet bona temporalia, vt verba S. Thom. dict. q. 32. artic. 5. ad ſecundum referamus, quæ homini diuinitus conferuntur, eius quidem fiūt quantum ad proprietatem, ſed quantum ad vſum non ſolum debent eius eſſe, ſed etiam aliorum, qui ex eis ſuſtētari poſſunt, ex eo quod ei ſuperfluunt: vnde Baſil. dicit, *ſi fateris ea tibi diuinitus prouenijſſe*, ſcilicet temporalia bona, *an iniuſtus eſt Deus inæqualiter nobis res diſtribuens. cur tu abundas, ille vero mendicat, niſi vt bonæ diſpenſationis merita conſequaris, ille vero patientiæ brabijs decoretur, eſt panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui ſeruas, diſcalceati calceus, qui penes te marceſcit, indigentis argentum, quod poſſides inhumatum, quo circa tot iniuriaris quot dare valens es.* Hoc idem dicit Ambroſius, vt habetur diſtinctio. 47. huc vſq; ſunt verba S. Thomæ. Facit quod elegāter inquit S. Auguſti.

Omnia

Omnia bona ſua dedit Deus duobus hominibus: diuitibus terrena, pauperibus cœleſtia. Sed Deus volens vtrunq; ſaluare, cōſtituit, vt hîc diuites in ſua hæreditate recipiāt pauperes, & pauperes in ſua hæreditate eos collocent, & vterque per alium collocetur. Et Chryſoſto. in eodem loco Lucæ. 16. dicit. *Opinio quædam erronea à generata mortalibus auget crimina, minuit bona. Ea vero eſt opinari quod ea, quæcunque poſsidemus in vſu vitæ, poſsidemus, vt domini, & ideò etiam opportunè ea appræhendimus tanquā bona præcipua. Sed contrarium eſt, nō enim nos vt Domini in vita præſenti collocati ſumus in propria domo, ſed tanquā hoſpites, & aduenæ, quò nolumus, ducimur, & quò nō putamus, et qui nūc locuples eſt, in breui fit mēdicus. Ergo quicunque ſis, noueris te eſſe diſpēſatorem alienorum & tranſitorij vſus, & breuis tibi cura conceſſa ſunt. Abiecto ergo ab anima Domini faſtu, ſumas humilitatem, & modeſtiā villia.* Idem Chryſoſtomus ſuper Matthę. *Omnia quæ nobis dat Deus ſiue orātibus, ſiue militantibus, non ſolum nobis dat, ſed etiam alijs per nos, vt de eo, quòd accipimus à Deo partem impotēti bus faciamus,* & rurſus homelia. 78. inquit *diſpēſator tu etiam es pecuniarum tuarum non minus quàm qui Eccleſias gubernant.* vbi ponit plura notanda.

Septimò, non eſt dubium quod latius patet præceptum charitatis, quàm lex iuſtitiæ, ſed in extrema neceſsitate exiſtenti tenetur quis ex lege iuſtitię ſubuenire, vt ſupra probatum eſt. Ergo præceptum charitatis locum habet etiam extra caſum neceſsitatis extremæ, antecedens probatur, quia
7 charitas eſt omnibus in præceptis, vt finis, & intentio, vt ſepiſsimè dicit diuus Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 122. art. 1. &. 4. & in quæſtio. 23. art. 4. in fin. & in quæſt. 44. articul. 1. in concluſio. ad charitatem enim reducūtur omnia prēcepta ſicut ad finem. Et ita, licet ſit in omni præcepto, nō tamen cadit ſub omni præcepto, vt dicit idem S. Thom. ſecūda ſecundæ, quæſt. 184. artic. 3. & art. 6. Nam verba S. Baſilij, & S. Ambroſij acriter reprehendentium diuites, qui nō ſubueniunt pauperibus, quæ refert Sanct. Thom. in dict. quæſt. 32. & habētur in cap. ſicut ij. 47. diſtinct. nō ſunt talia, quæ poſſint reſtringi ad caſum neceſsitatis extremæ, & licet in cap. paſce fame morientem. 86. diſtinctio. loquatur S. Ambroſiꝰ de neceſsitatem extremam patiente, vt ex eo patet, & ita reſpondet ad illum text. poſt S. Thom. 2. 2. quæſt. 32. in concluſi. Cardina. Turrecrem. cap. ſingul. 86. diſtinct. nu. 4. tamen id verum eſt, vt homicida ſit, qui in extrema neceſsitate laborāti nō ſuccurrit, vt etiam probatur. ff. de liber. agnoſcen. in l, necare, ſed vt peccet mortaliter, non requiritur extrema neceſsitas.

Et iſtam opinionem, quòd de ſuperfluis quis teneatur facere eleemoſynam ſub pecati mortalis reatu, etiā non data neceſsitate extrema, ſi detur vrgēs neceſsitas tenuit Cardin. Turrecrem. in dict. cap. ſingulis. 4. colu. 5. concluſio. vbi optimè declarat per octo concluſiones, quarū ſumma, & veritas eſt, quòd exiſtenti in extrema neceſsitate tenetur quis ſub peccati mortalis reatu ſubuenire, niſi ſe vel ſuos ex hoc in ſimili neceſsitate conſtitueret: quia quando non eſt extrema neceſsitas, tenetur quis de his tantum, quæ ſibi, & ſuis ſuperfluunt, ſecundum ſtatum ſuum facere eleemoſynam, & iſtius opinionis eſt S. Thom. in quodlibet 8. quæſt. 6. artic. 13. cum hac moderatione, quod nō teneatur præciſſe huic, vel illi, vel omnibus, quia fieri non poſſet, ſed ſufficit, quòd diſtribuat, prout ſibi videbitur, licet in dict. quæſt. 32. adeo obſcurè loquatur, vt videatur ſentire, quòd ſolū ſit de præcepto in caſu extremæ neceſsitatis, alias ſit de cōconſilio. Sed intelligitur, quod non eſt neceſſarium huic, vel illi, vel omnibus dare, quando omnibus ſubueniri nō poteſt, ſed alicui dare eſt de prēcepto, vt dicto quodlibet. determinat.

Iſtam opinionem tenet D. Martin. Nauarr. in ſuo Manuali confeſſorum. cap. 24. pro cōtraria autem opinione nulla poteſt allegari ratio, cui opus ſit ſatisfacere, cum ita euidēter ſit falſa, ſolum enim habuit originem ex eo, quod S. Thom. 2. 2. quæſt. 32.

artic.5.in concluſione obſcure locutus eſt, & verba ipſius videantur eſſe contra ſupra dicta, quod fuit cauſa erroris Panormitani, & quod obſcurè etiam in hoc loqueretur Archidiaco.in cap.ſicut.47.diſtinct.& ibi Turrecrem. & in cap.quãobrem. de pœn. diſtinct.prima, ſed clarè loquitur idẽ Turrecrema.in dicto cap.ſingulis. 86. diſtinct. ſupra allega.ad verba S.Thomę optimè ea interpretando reſpõdit Caietan. in opuſculo huius rei particulari, tomo.2.tracta.5.vbi reprehendendo Abbatem Panorm.oſtendit, tam ex locis ſupra allegatis, quàm alijs S.Thom.in ea ſemper fuiſſe ſententia, vt nõ requiratur ad præceptũ eleemoſynæ, quòd concurrãt ſimul, vt quis ſuperflua habeat, & neceſsitas in paupere ſit extrema, & ibi ponit argumenta, & reſponſiones alias, quibus hæc pars cõprobari poteſt, quæ omittimus, quia ibi poterũt videri. De præcepto igitur miſericordiæ omnes tenentur ad faciendum eleemoſynam de ſuperfluis, nec aliquis ab hac lege eſt immunis, quia vt inquit diuus Ambroſi⁹ cap. ſingulis. 86. diſt. *Miſericordiæ eſt communis vſus, ideò cõmune præceptum eſt omnibus ætatibus, omnibus officijs neceſſaria, & ab omnibus defferenda, non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus, diues, & pauper omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti, miſericordia enim plenitudo virtutum eſt, & ideò omnibus eſt propoſita perfecta forma virtutis, &c.* Nec quod ibidem de paupere dicitur ſupradictis obſtat, nam & pauper ſecundũ ſtatum ſuum, imò cui aliquid deficit, tenetur eleemoſynam facere, licet pauper dici poſsit, hoc enim eſſe diuitem, vel paupere ſecundùm ſtatum ſuũ non conſiſtit in puncto indiuiſibili, ſed habet latitudinẽ, & eſt, vt Græcè dicitur ἐν πλάτει, & in ſimili dicit Iulianus in.l.ratum.ff.de ſolutio. *Et ſpatiũ quoddam aſſumitur nec nimium, nec maximũ, & quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi poſsit.* Et Celſus apud Vlpian. in.l.in hac actiõe.ff.de cõdic.triti. & Paul. in.l.ſi arbiter.ff.de probatio, & Vlpianus Iulianũ referens in.l. quo enim.ff.rem rat. haberi in.§.Iulianus, vbi inquit, *hoc autem παχυμερέστερον erit accipiendũ*, idẽ Vlpian. in l.quã Tuberonis in.§.ſcire aũt.ff.de pecul. & hoc Iulian⁹ in.l.1.ff.vnde legitim. *παραπλατικῶς* dicit accipiẽdum, ſic etiã quãtum pro conditione alicuius neceſſariũ eſſe dicatur, vt alia omnia ſuperflua ſint, latitudinẽ habet, nec facilis eſt determinatio. His em, quæ fines certos non habẽt conſtitutos, nõ ita certa meta poteſt adhiberi, vt in ſimili inquit eleganter Vlpianus in.l.locus in.§. ſi.ff.de verb.ſignifi. *fundus quidẽ ſuos habet fines, locus vero latere poteſt quatenus determinetur, & definiatur*, ſed nõ ob hoc liberum penitus habet arbitriũ clericus, vt magnos redditus ſibi eſſe neceſſarios ſemper dicere poſsit, nã vt inquit Bea. Thom. in.d.q.185. art.7.in concluſi.ſi quidem in modico deficiat, vel ſuperabũdet, poteſt hoc fieri abſq; bonæ fidei detrimẽto, quia non poteſt homo in talib⁹ accipere illud, quod fieri oportet, ſi vero ſit multus exceſſus nõ poteſt latere, vnde videtur bonę fidei repugnare, ita S.Thom.quod etiã dixerat Ariſtot. quin. Ethico. ita inquit. *Qui paulum aliquid decorũ egreditur, non eſt in vitio, qui autem lõgius ejus gatur, quoniã minimè latere poteſt, non carebit prehenſione*, facit text.in.l.hæc adiectio.ff. de verbo.ſignifi. ex his apparet, quòd non illico omnes diuites ſuperflua poſsidere dicẽtur, ſed multis pẽſatis id ſuperfluum erit ſimpliciter & abſolutè, quod nulla ratione ſit neceſſariũ, nec latere poſsit, & quod ita ſuperfluum eſſe apparebit, id habere peccatum eſt, vt optimè declarat Cardinal. Turrecrema.in cap.clericus, verſi. ad ſecundũ, nu.5.12.q.2. quem oportet videre, quia in hoc ſæpiſsimè à diuitibus peccatur. Sic etiã quando quis dicatur eſſe in extrema neceſſitate, & quando in graui, vel ſecundùm naturam, vel ſecundùm cõditionem ſuam, regula certa conſtitui non poteſt, nam vt inquit. S.Thom.in dicta quæſt.185.arti.7.ad primũ, non poteſt determinari, quando ſit iſta neceſsitas, quæ ad peccatum mortale obliget, ſicut nec cætera particularia, quæ in humanis actibus conſiderantur, horum enim

9

„ enim determinatio relinquitur humanæ
„ prudẽtiæ ita S.Thom.cum autem id boni viri arbitrio relinquatur, nõ omnino incertum eſt, imò lege pro certo habetur, vt in l.1.in vlti.reſponſ.ff.de legat.2. ideo pretia rerũ, & in legibus iuſtitiæ, licèt ex arbitrio communi dependeant, certa habentur nõ in pũto indiuiſibili, ſed cum ita exceditur, vt id latere nõ poſsit. vt in.l.2.C.de reſcinden. venditio, &. l. maioribus. C. commu. vbi docto. & l.ſi quis cũ aliter.ff. de verb. obligat. & hæc eſt vera ratio ad illas leges, quam nullus ex noſtris docto. ponit, & eſt optima ratio ad ea, quæ gloſ.l.1.§.pueritiã, in verbo.ratus.ff.de poſtu. inquit, rationẽ reddi non poſſe ſcilicet ad tempora ætatũ, tempora præſcriptionum, & ſimilia, in quibus temporibus res adeò menifeſta redditur, vt latere nõ poſsit, ſicut exceſſus vltra dimidiam iuſti valoris, vt mirandum ſit R. Pat. Dominic. de Soto in.d.q.4.arti.3.in.4. ratione ita rem incertam exiſtimare quantum ſecundùm dignitatem, & cõditionem cuiuſque ſit neceſſariũ, vt hac maximè moueatur ad liberandum omninò prorſus Epiſcopũ, à lege iuſtitiæ in diſpenſatione ſuorum reddituum, quæ ſanè ratio ſi adeò potens eſſet, & ſufficiens ad liberãdum à lege iuſtitiæ, etiam ad liberandũ à charitatis præcepto, & a lege miſericordiæ ſufficeret, qđ nemo dixerit, & ipſe optimè in art.4. ſingulari iure Epiſcopos ad eleemoſynã cõſtringit. Sic etiã, vt quis dicatur eſſe in extrema neceſsitate non expectandum eſt, vt eò miſeriæ perueniat pauper, vt iam fortè fruſtra ei ſuccurratur, vt benè ex Sãct. Thoma dicit Cardinal. Turrecrema.in. d. c. ſingulis, nu.6.3.concluſi.in fi. & eſt expreſſum.in.l. ſtipulationes non diuiduntur in.§. fi.verſ. planè.ff.de verbo. oblig. *planè* inquit Vlpianus. *ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, nõ eſt expectandum, vt inſula ruat, vt ſic denique agi poſsit.* & in.l.exiſtimo, in.§.ex hoc, eod. titu, fac.tex.in.l.ſi vero, in.§.prætor ait ibi, *neque expectamus, vt noceat, ſed omnino, ſi nocere poſsit, edicto locus ſit.* ff. de his, qui eiecer. vel effude. facit optimus tex.in.l. Si in lege

Contra Sotum.

10

in.§.conductor.ff.loca. ſed vt diximus, ad præceptum eleemoſynę non requiritur extrema neceſsitas, nec vt quis ſit proximus extremę neceſsitati, vt quis ei de ſuperfluis eleemoſynam elargiri teneatur, ſed ſufficit, quòd ſit in non leui neceſsitate ſecundùm ſtatum ſuum, hoc enim ſát eſt, vt de ſuperfluis cuiuſlibet ſtatus, vel conditionis homo teneatur eleemoſynam facere conſtitutis in tali neceſsitate, & nullus excuſari poterit, quòd non ſint egeni tales, quibus eleemoſynam facere teneatur, cum ſi non in extrema neceſsitate naturæ, in maxima tamẽ neceſsitate vel naturæ, vel ſecundum conditionem ſuam pauperes nunquam deficiant, nam & Dominus dixit. *Pauperes ſemper habebitis vobiſcum.* Et re ipſa experimur plures eſſe quàm facultates cuiuſlibet ſuffi ciant, ideoque verum erit, ſemper de ſuperfluis teneri quemlibet ſub peccati mortalis reatu facere eleemoſynam, quòd ſi ad hoc omnes tenentur, etiam laici, clericos multo magis teneri de bonis Eccleſiaſticis certum eſt, conſiderare enim debẽt, quòd ſi aliter diſpenſent, quanuis à præcepto iuſtitiæ liberi ſint, intentionem tamen præcepti non obſeruare, & quòd ſicut de mercede proſtibuli oblatio fieri prohibitum eſt lege veteri, & noua: vt Deuteronom. 23. & nota in capit.primo.14. quæſtio.5.& in capit. oblationes. 90. diſtinctio. in lege veteri propter immunditiam, in noua propter ſcandalum, vt dicit S.Thom. 2.2. quæſtio.86.artic.3, ad primum. & propter ſacrorum reuerentiam, vt ipſe dicit. 2.2. quæſtio.32. articul.7. ad ſecundum, licet gloſſæ alias rationes ponant, ita per contrarium redditum bonorum Eccleſiaſticorum, quæ Deo, & Eccleſiæ ſunt oblata, vt in cap.res Eccleſi. & in cap. qui Chriſti. 12.quæſt.2.diſpenſatio turpiter facta, maius crimen in ſe continet, quàm ſi in alijs rebus eſſet abuſus, Nam hæ res Eccleſiæ, licet non propriè, tamen in quarto gradu ſacræ habentur, ideò in eis committitur ſacrilegium, vt per Sanct. Thomam 2.2.quæſtio.99.articul.3.& ideò ex natu-

ra rerum maius peccatum committitur in abuſu redituũ Eccleſiaſticorum,quàm alia rum rerum. Nec cõtrarium ſentit S.Tho. dict.quæſt.185.art.7.in concluſio.dũ vult. quòd redditus Eccleſiaſtici ex ipſarum cõditione ſint eiuſdẽ rationis,cuius ſunt propria,& patrimonialia bona,quia S. Thom. hoc determinat quoad legem iuſtitiæ,non quoad debitũ charitatis,quod in clericis,et in redditibus Eccleſiaſticis lõgè magis exiſtit,vt optimè probat.R.F.Dominic.de So to in dict.lib.10.de Iuſti.& iur.q. 4.arti.4. „ loquens de Epiſcop. & in fi. dicit,& ſi lege „ iuſtitiæ nõ magis Epiſcopi vinciantur,quã „ diuites ſeculares,tenentur tamen ſtrictiori „ miſericordiæ nexu:quia vt dictum eſt Epiſcopi patres pauperum ſunt. Et ideò beatus Clemens lib.4.conſti.Apoſtilica. loquendo de pauperibus inquit,*Vos Epiſcopi ſoliciti eſtote de eis alendis, in nullo deficiẽtes, orphanis præſtantes munera parentum,viduis virorũ, adultis nuptias,artifici opus,infirmo miſericordiam,eſurienti cibum,ſitienti potũ,nudis veſtitum,ægrotis medicinã, in carcere incluſis opẽ.* Et quod ipſe Dñi. dicit de Epiſcopis,idem de alijs clericis,quiredditibus eccleſiaſticis abundant,dicendum eſt. Quinimo & lege iuſtitiæ aliquando clerici etiam in patrimonialibus bonis nõ ſunt liberi,ſi talis rerum abuſus ſit,vt turpitudinem cõtineat,vt per Cyn.Bartol.Alberic. & alios in. l.2.C. de donatio.inter vir.& vxo.latè per Palaci.in repetit.rubr.de donatio inter vir. & vxo. §.39.

¶ *Summarium ex Cap. VI.*

1 *Vsufructuari⁹ eſt procurator à lege.*
2 *Clericus eſt dominus menſæ ſui beneficij.*
3 *Quòd res ſit Eccleſiæ vel Chriſti,non repugnat dominio clericorum.*
4 *Clericus eſt vſufructuarius cauſalis, non formalis.*
5 *Barbatij turpiſſimus error.*
6 *Locus Ariſtotelis declaratur.*
7 *Intellectus.l.ſi quis cum totũ.de exception. rei iudi.in princip.*
8 *Iudex debet condemnare in parte probata.*
9 *Iudex,petitis decem,ſi actor de quinq; probauit,in quinque tantũ cõdẽnare tenetur.*
10 *Abſolutoria cõpræhendit totũ,& partes.*
11 *Non eſt conſequentia,non poteſt alienare, ergo non eſt dominus.*
12 *Prælati quomodo procuratores dicãtur, & ſint.*
13 *Clericus marito in re dotali comparatur.*
14 *Fructus collecti à prædone cenſentur collecti à beneficiato ſpoliato.*
15 *Concilium Tridentinum nihil mutat ex ſupradictis.*
16 *Melior reſolutio materiæ,vt ceſſent omnes difficultates.*
17 *De officio presbyteri,& etiam Epiſcopi.*
18 *Verbum prædicare qualiter accipiendũ ſit.*

CAPVT. VI.

In quo probatur clericos eſſe dominos rerum ſuorum beneficiorum.

DEducitur ex ſupradictis in præcedẽti.c.& ex S.Tho.reſolutione,cũ per erectionem beneficiorum,& antiquã diuiſionem,& hodie multo magis conſuetudinibus ſupradictis vigentibus ſpecialiter clericorũ menſæ bona ſint deputata, quòd clericus rerũ ſui beneficij,non vſusfructuarius,vel procurator ſolũ, quod omnib⁹ vſufructuarijs 1 cõmune eſt,vt à lege ꝓcuratores eſſe cẽſeatur,vt in,l.1.§.fin.ff.de noui.oper.nunciat. & in.l.1.in fi.ff.vſusfructuari.quemadmodũ caueat.Bald.in rub.de procurato. Bart. in.l.ſi is qui fundum.circa fi.ff.de vſufruct. leg.& Bald.in.l.eũ ad quẽ.C. de vſufruct. Paul de Caſtr.in.l.fi.in.§.fi.ff.de ſeruituti. 2 ſed dominus rerum beneficij ſimpliciter dici poſsit,quod autẽ dominus Epiſcopus, vel beneficium,canonica obtinens inſtitutione,ſit rerum ſuę mẽſæ,vel beneficio aſsignatarum,probatur ex pluribus.

Primò

Primo per tex.in.c.volumus,& cap. ſequen.89.diſtin.vbi Epiſcopus pro adminiſtrandis rebus ſui Epiſcopatus vicedominium conſtituit,ergo ipſe dominus eſt.

Secundò probatur in,c. indicatum ead. diſt.vbi dicit res eſſe patrimonij Epiſcopi.

Tertiò Epiſcopus, & beneficiũ obtinẽs rei vendicatione agere poſſunt pro bonis ſuæ mẽſæ vel beneficij,vt omnes not,in.c. propoſuiſti.circa finem extra de prębend.

Quartò poteſt vendicare beneficiũ, vel Eccleſiã,vt oẽs not.& Abb.trad.c. cum ſuper. fin.col.de cauſ.poſſ.&proprieta.Ergo & eorum,quæ ſunt illius Eccleſiæ.l.ſic eue niet.ff.ad.l.Iul.de adulter.& licet argumẽtum ab authoritate in diſputando leue ſit, & inſolens,& magis legibus,& rationibus ſit argumẽtandũ,tamen cũ hæc opinio ſit noua contra doctorum cõmunem opinio. Quod ex eorũ alijs opinionibus ſummitur argumentũ contra eos validiſsimum erit.

Quintò probatur, capitulũ,& prælatus pro rebus cõmunibus poſſunt rei vendicatione agere,vt in.c.Abbate ſanè.de verbo. ſignifi.lib.6.in princ.Ergo pro rebus applicatis ſingulis eorum,ſpecialiter quilibet rei vẽdicatione agere poterit, quia quod poſſunt plures iure cõmuni cõmuniter,poteſt ſolus in re particulari,vt.ff.de rei vendicatione in.l.quæ de tota.cum concordan.

Sextò probatur in.c.ſi Epiſcop⁹. 12. q.5. vbi poteſt Epiſcopus rem Eccleſiæ dare,ſi tantundem de ſuo Eccleſiæ relinquat,hoc autem ſine dominio fieri non poteſt,cũ dominio autem ſæpè præmittitur,etiam ſi res illa ſit ſubiecta reſtitutioni,vt.ff.de lega.2. in.l.vnũ ex familia.§.ſed ſi fundũ, & in. l. cum ampliùs.§.cum bonorũ.ff. de lega.1.

Septimò,probatur, quia quòd res Eccle 3 ſiæ,dicantur Chriſti,vel Eccleſiæ, vt ſupra diximus,non repugnãt huic domino, imò ideo dñi rerũ ſummus quia. *Domini eſt terra,& plenitudo eius,* & eius benignitate Dñi efficimur,& ſumus. Sicut ꝙ ſit caput Eccleſiæ D.N. Ieſus Chriſtus,non impedit,vt ſit caput Eccleſię Põtifex:quicquid infœlices Hęretici inſaniãt. Quinimò ideò caput Eccleſiæ eſt Ponſitex,quia eſt caput Eccleſiæ Chriſtus, cuius eſt vicarius Pontifex,vt Eccleſia viſibilis capite viſibili non careat, quòd elegantiſsimè cõtra Bretium hæreticum explicat doctiſsimus vir & illuſtriſsimus Cardinalis Barmieñ.in lib.5.de catho. Eccleſia: vbi ita inquit. Niſi tẽ datũ iam in „ reprobum ſenſum totum Sathanas poſsi- „ deret,nõ poſſes non fateri,quòd vna Eccle „ ſia,quin & vna fides apud eos eſſe nulla ra- „ tiõe poteſt,apud quos ſub inuiſibili capite „ Chriſto viſibile quoq; caput in terris Pon- „ tifex vnus nõ agnoſcitur,& beatus Ambro „ ſius.Lucę.9.inquit,*Continet itaq; virtute ſua molẽ Eccleſiæ Chriſtus,ac inuiſibiliter eam gubernat.Sed quẽadmodũ in ſacramẽtis cũ ipſe ſolus inuiſibiliter operetur omnia miniſterio vtitur viſibilium ſacerdotũ. Sic viſibilem in terris elegit miniſtrũ,per quem Eccleſiæ molem hanc ſubſtineret, per quem gregem ſuum viſibilem inuiſibilis ipſe gubernaret.* Quod autẽ dominium proprius dici poſsit eſſe apud Epiſcopos,& beneficiatos,quàm apud Eccleſiam ex eo patet,quia in iure noſtro potius dominium conſtituitur apud perſonas veras, quã apud myſticas,apud quas neceſsitatis cauſa,& in ſubſidiũ ſolet dominiũ cõſtitui, donec perſona vera, in qua illud dominiũ reſideat,adùocetur,nam & hæreditas tamdiu dominium rerum obtinet, quãdiu hæres additione dominus efficiatur,vt in.l.hę reditas.ff.de acq.rerũ dñio,& de reg.iur.& in.l.1.in.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtamen.lib. eſſe iuſſ.fuer.& in.l.cœptã.ff.de vſucapioni. Sed apparente hærede, & hæreditatem adeũte,dominiũ apud eum reſidet.de acq. poſſ.in.l.cũ hæredes facti ſumus,quòd dominiũ prius apud hæreditatem neceſsitate quadam erat,ne bona nullius, & vacantia eſſent.& occupantis iure gentium fierent.

Sic igitur dominiũ rerum Epiſcopatus, & beneficij apud Eccleſiã,vacante ſede vel beneficio,ſunt,Epiſcopo tamẽ canonicè inſtituto,vel beneficio collato clerico,dominium apud eos reſidebit earũ rerũ, quæ mẽſæ ſuæ ſunt deſtinatæ,& ita nõ vſusfructua 4 rius formalis.Et ſic iure ſeruitutis,vel vſua-

4 rius,sed causalis iure dominij,& dñs dicendus clericus est,si enim vsufructuari⁹ esset, dominus nó esset,licet nescio quo iudicio,
Contra Barba. Barba.in dict.c.fi.de pecul.clerico antepenul.col.nu.13.in fin.per contrariũ argumẽ
5 tetur,maxima cum admiratione,quod doctores id non sint assecuti, cum enim priùs dixisset,vsufructum partem dominij esse, & vbicunq; alicui denegatur totum,denegari & quamlibet partem totius,subiúgit, sequitur necessario,quòd si non sunt domi
„ nirerũ Ecclesiæ,quòd non sunt vsufructuarij,quia in parte dicerentur domini, quòd
„ omnino prohibet textus in. c.2.& simil.& indubitãter ista ratio euertit in totũ fundamentũ Hostiensis,& Ioannes Andr.nescio
„ videre quomodo tantũ laboraverint profundissima ingenia tãtorũ patrũ asserentiũ, clericos vsusfructuarios esse, aut similes
„ vsusfructuario, hęc sunt verba Barba.cui⁹ modũ argumentandi nó intellexisset Paulus iurisconsul.qui in.l.rectè dicimus.ff.de verb.signific.ita inquit *rectè dicimus, eũ fundum totum nostrum esse, etiã cuius vsusfructus alienus est, quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis sit, vt via, & iter*, nec Aristotel.
qui lib.6.Politico.c.6.loquendo de iudice,
6 qui petitis viginti minis reum absoluit, inquit, *non enim, cum absoluit, nihil debere iudicat, sed viginti minas non debere*, nec Palus iu risconsul.in.l. mortuò boue.ff. de lega. 2. & in.l. lana legata. circa fi.ff. de lega. 3. ex quibus,& in partibus quotitauis,& in partibus integralibus malè argumentari Barb. apparet,& in terminis vsusfructus,& proprietatis contrario modo argumentatur iu risconsultus Iulianus in.l.si cum testamentum.§.si fundum meũ.ff. de exceptio. rei iudicat.vbi inquit tex. *quoniam postquam natus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior vsusfructus, & iure proprietatis quasi ex noua causa rursus meus esse cœpit*, ex quo tex. apparet esse bonam consequentiã, est vsus fructuarius, ergo nõ est dominus, contrariã Barbatij collectioni,& est etiã expressum in.l.cũ in fundo.ff.de iure doti.sed hæc lógiorem disquisitionem requirerent, cũ illi Aristot.sententiæ ex diametro pugnare videatur Vlpian.respõsum in.l.si quis cũ to-
7 tum de exceptione rei iudicat. *Si quis, cũ totum petisset*, inquit Vlpian. *partem peteret, exceptio rei iudicatæ nocet, nã pars in toto est, eadem enim res accipitur, & si pars petatur eius, quod totum petitum est, nec interest vtrũ in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel in iure &c.* Sed dictũ Vlpiani eo pertinet, quod in iure nostro statutũ sit, vt qui decẽ, vel fundum, vel hęreditatem petit,& totum & singulas partes petijsse videatur, & iudex, qui de ea re cognouerit, non quòd decem non probauit actor, absoluere debet reũ, sed si septem vel octo probauit deberi, in his cõdemnare debet, ideò absolutio non decem tantum nó deberi continet, sed nec decem partem aliquam. Hoc probatur ex eodem Vlpiani respõso in eadem.l.si quis cum totum in.§.fi.& cũ ex iure agẽtis, qui affirmatiuè petijt, ius metiamur, vt in. l.1. in.§.1. si pars hæred.peta.& qui decẽ petit, & vnũ, & duo,& singula ex decẽ petat.l.1.§. si stipulanti.ff.de verbo.obligat.& iudex non de parte, sed de toto cognoscere,& iudicare debeat, non de toto iudicaret non deberi decem pronũtians, si de nouem,& de octo, & sic de singulis quæstionẽ dimitteret. Et ita petitis decẽ, si actor quinq; deberi probauerit, in quinq; iudex condemnare pote
8 rit, vt sensit gloss.in.l.verbum oportere.ff. de verb.signific.clariùs gloss.in.l. si seruus furtiuus.§.boue surrepto.in glos. summouebitur,& in glos.offerente.ff.de condict. furti.& per illã expressẽ Ioã. Fabr. allegan. Petrũ de Bell.in.§.quoties Instit. de inutilib.stipulati.per textũ, qui videtur expressus in.l.vir vxori.§. fina.ff. ad sen. consul. Velleian.ibi. *Creditorem partem duntaxat pecuniæ à muliere petere posse, quod si totum petierit, exceptione pro parte summouebitur.* Idem tenet idẽ Ioan.Fab.in.§.tẽporalis Instit.de exceptio.prima.colu. alios ad hoc allegat Tiraquell.in tracta.de vtroq; retract.in fi. secũdæ partis, nu.98.quod etiã voluit Bar. in.l.si constãte.§.fin.ff.solu. matrim. & in l.qui solidũ.ff.de lega.2.& videtur expressum

sum in responso Iulia. in. l. quidam extimauerunt.ff.si cert.peta.in principio,& in l.1.in princi.cum glos.super verbo eatenus in.6.exemplo in versic. incorporalibus.ff. de nou.oper. nũtiat.& est expressum in.l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr. & in cap.1.de arbitr.lib.6.licet in principali illorum textuũ decisione sit maior difficultas, quã nostri doctores existimant, vt ex illo Aristot.loco apparet. Sed de hoc alibi, longiorem enim tractatũ requirit, quã hic locus admittat: lat. declar. R. Episcopus Segobien.li.1.varia.resol.c.2.nu.6.facit optimus text.quidẽ videatur in.l.1.§.Trebatius in vers.Marcell⁹ aũt.ff.de aqua cotidi. & æsti,& ita antiquatum est ius,de quo meminit Cicer.in orat. pro Rosc.com.qui ita
„ inquit,si amplius HS. nũmo petisti quem
„ tibi debitũ est causam perdidisti propterea
„ quòd aliud est iudicium,aliud est arbitriũ,
„ iudiciũ est pecuniæ certę, arbitriũ incertæ,
„ ad iudicium hoc modo venimus, vt totam
„ litem aut obtineamus,aut amittamus,ad ar
„ bitrium hoc animo adimus, vt neque nihil,
„ neque tantum quantũ postulauimus, con-
„ sequamur, hoc inquã ius antiquatum est, vt apparet in.§.si quis agẽs. Instit. de actio. iudex igitur petitis decem,in quinque condẽnare potest,si de quinque tantum probe
9 tur:imò & debebit,vt in.d.ll. probatur,& facit.ff.de iudicijs in.l.de quare,&hoc speciali ratione,quia libelli & petitionis affirmatiuè cõceptæ ratio habẽda est, ne iudex
„ parte iudicasse videatur,quod facere nõ potest,imò sententia nulla esset, vt voluit glos.in.l.apud Celsum in.§.item quęritur. ff.de dol.exceptio,facit tex.in.l. in hoc iudicio.ff.familiæ herciſc.tenent oẽs docto. post glos.ibidem in.l.1. C. si aduersus rem iudi.latè per Abba.in.c.cũ inter. colu.5. cũ sequen.ex.de re iudi.vbi latè Felin.3.colu. cũ sequen.in sententia igitur iure nostro talis summitur interpretatio, vt iudex, qui à
10 decem petitis absoluit,videatur etiã à parti 11 bus absoluere. Et ex his possunt resolui ferè omnia,quę latiùs cumulat R.Episcopus Segobien.lib.1.varia.resolu.in dict. cap.2. nu.5.an petitis decem,possit debitor nouẽ negare petita,nam idem erit in negatione li belli,quod in sententia diximus, aliàs autẽ vera semper erit hæc conclusio, Titium de cem non debere,etiamsi nouem debeat,& Titium dominum fundi Seiani non esse, si pars fundi Seiani aliena sit, vt.ff. de rebus dub.in.l.si is,qui ducenta.in.§.primo.& in §.vtrum', licet Barba. aliud excogitauerit. & ita sententia Aristotel.in sentẽtijs,quæ sẽcũdùm ius nostrum proferuntur,non procedet,licet apud dialẽcticos id verum semper sit,vt qui reum à decem absoluit, decẽ non debere dixisse videatur,non autem nihil debere,vt Aristotel.inquit. Deniq; contra Barba.si clericus dominus est, vsusfructuarius non est formaliter,de quo quærimus,scilicet iure fruendi,quod ex iure dominij rei non prouenit, sed potius iure seruitutis,quæ in re propria consistere non potest,vt.ff.si vsufru.peta.in.l. vti frui, quòd si vsusfructuarius censeretur, dominus nõ esset,vt in dict.l.si cum testamẽto.§.si fundum meum,maximè quia docto.non clericum vsusfructuariũ, sed vsusfructuario similem,si ipsi Barba.ibidẽ credimus, cõstituũt.Exquo qualis sit Barbatij collectio,sicut &oẽs aliæ,quas ipse inuenire solet,quilibet,qui nõ sit omino imperit⁹ intelliget. Sed vt redeamus eò, vnde digressi sumus: puto in iure verius esse,clericos non vsufructuarios,sed dños maximè post erectionẽ beneficiorum esse. Quòd si consuetudinũ ratio habeatur,hoc sine dubio verum erit. quod vt licentius rebus Ecclesiasticis abutantur,nihil efficiet,vt supradictum est, & statim ostendemus, sed ad alios iuris effectus maximè interest, domini habeantur, vel non.

Quòd si aliquis huic opinioni obijciat, si dominus est clericus sui beneficij, si Episcopus sui Episcopatus,& rerum suæ mensæ,ergo & alienare poterit, & abuti? Hoc autẽ facere non potest, ergo dominus non est, sed hoc vltimum iam supra est sublatũ in cap.præce. Primum vero de facili vitari potest, hæc enim consequentia non magis valida

valida est, quam vera hæc collectio erit, pupillus dominus nõ est, quod alienare nõ possit, idemque de furiosis & similibus erit dicẽdum, & eadem ratione maritus rerum dotalium dominus non est, quòd alienare non potest, & tamen pupillus dominus est rerum suarũ pleno iure, & maritus rei dotalis, ita vt dominium directum, & vtile habeant, in quo vsus & vsusfructus causalis continetur, & ita supradictum argumentũ tollitur per Iustinia. in princi. Insti. quibus alienare licet, vel non, vbi ita inquit, *accidit aliquando, vt qui dominus sit alienare nõ possit*, & infrà, *Nam dotale prædium maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quanuis ipsius sit dotis causa datum*, probatur etiam. C. de rei vẽdicat. in. l. doce ancillam &. C. de administra. tuto. in. l. lex, quæ tuto res & per totũ. ff. de rebus eorum, &. §. nũc admonendi eod. titu. quibus alienare licet, vel non, sic videmus grauatũ restituere onere fideicómissi post mortem dominũ esse: licet alienare non possit quòd dominiũ abeo recessurum sit, & ita in. l. nõ ideò minus. ff. de rei vendicat. *non ideò minus*, inquit Vlpianus, *rectè quid nostrũ esse vẽdicamus, quod abire à nobis dominium speratur, si condictio legati, vel libertatis steterit*, quòd ostẽdit esse propriè dominos, & simpliciter, cum directa eis rei vendicatio detur, de qua ille titulus loquitur, facit tex. in. l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commu. de leg. tex. in. l. statu liberos venũdari. ff. de stat. liber. & in l. penult. in. §. penul. ff. qui satisd. cogã. tex. notab. in. l. generaliter in. §. sub cõditione. ff. qui, & à quibus man. lib. non fiant, vbi inquit Caius, *sub conditione seruus legatus pẽdente conditione pleno iure hæredis est, sed nullam libertatem ab eo consequi potest, ne legatario iniuria fieret*, text. etiam in. l. 1. in. §. serui. ff. ad senat. consul. Sillani. vbi Vlpian. probat, quòd serui, qui sub conditione legati sunt, in dominio hæredis sunt, & subiũgit, *Nec quod conditio existẽs efficit, quòd desinant esse hæredis, facit, ne videatur interim eius esse*, textu etiam in. l. statu liberum. ff. de statu liber, vbi inquit Vlpianus, *Statu liberum medio tempore seruum hæredis esse, nemo est, qui ignorare debeat*. text. est etiam in. l. si seruus furtiuus. iunct. l. 1. ff. de condit. furt. & in. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adictio. vbi est expressum, & ibi glos. allegat text. in. l. si quis hac lege. ff. de rei vẽdicat. vbi probatur dictum dominium esse directum, & rei vendicationem competere directam, licet dominij vsus quoad ius alienandi impeditus sit, & licet videam, quòd nonnulli ex Theologis istam consequentiam admittant, non potest quis alienare, ergo dominus nõ est, apud nos tamen nullam vim habet, vt probatum est. Nec minus prædicti, qui alienare non possunt, domini sunt, quàm infans, vel furiosus homines sunt, & per cõsequens sub definitione hominis, (quod animal rationale est) comprẽhenduntur, etiã si vsum rationis nõ habeant, sic igitur Episcopi, vel clerici, quod alienare res suorum beneficiorum non possint, non ideò domini non sunt censendi, Quinimo si rei dotalis dominus est marit⁹, quare Episcopus, quæ dotis nomine ab Ecclesia ei conceduntur, qui eius sponsus dicitur, vt per S. Thomam in. 3. in. q. 40. arti. 4. in fi. in addit. inter quem & Ecclesiam matrimonium spirituale interuenit, cap. inter corporalia, de transla. Episco. vel electi. gl. in cap. cum in cunctis de electio. & nota. in cap. dudum. §. fina. eodem tit. & in signum matrimonij anullum gerit, vt cap. clerici de vit. & honest. cleric. secundùm Abba. c. fi. col. 2. de postul. prælato, post Magist. in 4. senten. dist. 21. c. 2. quare inquam Episcopus dotis suæ dominus non efficietur? Nec si pauperibus fruct⁹ distribuere teneretur, & Ecclesiam sustẽtare, hoc impediret, quominus dominus esset, nec enim ab onerib⁹ rerum dotalium hoc alienũ est, vt quis ex eis vxorem, & familam alere teneatur, vt in lege pro oneribus. C. de iure doti. Ideò nec id opponitur dominio, cũ his existentibus, maritus dotis verè & simpliciter dominus sit, vt supra ostensum est, idemque in clerico quoad dominium rerum sui beneficij simili ratione dicendũ est, vt nõ ideò minus dñs

dñs sit, quòd bona beneficij alienare non possit, sed ea sarta tecta successori in beneficio cõseruare teneatur. Empta vero ex fructibus beneficiorum conseruare debet, nõ quòd etiam empta de fructibus rerum dotaliũ à marito vxoris, vel dotalia efficiãtur, vt perperam arguendo Aegid. de Bellame. in. c. cũ venerabilis, nu. 58. circa fin. de exceptio, quia licet empta de pecunia dotali dotalia efficiãtur, vt. l. si vt proponis. C. de rei vendicat. Tamen fructus rei dotalis nõ sunt dotales, nec vllus vnquam hoc dixit, nec dicere potuit, cum sit contra mentem omnium legũ, vt. ff. de iure dot. l. dotis fructus, &. ff. solut. matrimo. l. diuortio. l. si antè nuptias. l. fructus etiam, &. ff. de dona. inter vir. & vxo. in. l. vxor marito vbi glos. & facit. C. de iur. do. l. pro oneribus *dotis fructus*, inquit Vlpianus in. d. l. dotis. *Ad maritum pertinere debere æquitas suggerit: cum enim ipse onera matrimonij subeat, æquum est eum etiam fructus percipere.* Quinimo adeò fructus rei dotalis sunt mariti, vt nec valeat pactum impositum in dote, vt fructus pertineant ad vxorem tex. est. in. l. si cõuenerit. 2. &. l. quæris. ff. de pact. dotalibus, sed hoc onus, vt empta ex fructibus beneficiorũ sint Ecclesię. quia ius canonicum voluit clericis imponere, ne rerum augendarũ cupiditate, vel ambitione ad patrimonia amplificanda incũberent, in quo, sicut in alijs (vt supra dictum est) attendenda est cõsuetudo, an de ijs rebus eisdem disponere libere concedat, vt in Hispania introductũ est, clericus igitur, vel Episcopus dominus est, vti tamẽ isto dominio ita possunt, vt sacris canonibus, vbi abrogati non fuerint, legem ipsis, & modum quoad eiusdem dñij vsum imponentibus, non contraueniant.

Contra Aegidi.

12 Nec his obstat, quòd prælati procuratores, non domini appellentur, vt supra deductũ est pro Archid. opinione, in. 3, argu. quia respondetur, id verum esse respectu, illarum portionum, quæ suæ mensę nõ sunt applicatę, earũ enim administratores sunt, non domini, sicut & quilibet clericus dignitatem habens cum administratione, qui nõ suam portionem sibi assignatã solum, sed & aliorum, vel Ecclesiæ administrat, cuius portionis, quæ suæ mensæ non est, administrator est, nõ dominus, sed partis suæ, quomodocunq; ei attributa sit, siue per diuisionem, vel erectionẽ, beneficij dominus est, quod maximè procedit consuetudine existente, quæ liberam fructuum alienationẽ permittit, quia quanuis illa consequentia bona non sit, alienare quis nõ potest, ergo dominus non est: hæc tamen semper vera erit, iure suo alienare quis potest, ergo dñs est. Huius autem dominij acquisitio (vt dictum est) non efficit, vt clerici possint liberè rebus Ecclesiasticis abuti, cum & in proprijs rebus maximè restitutioni subiectis, quales beneficiorum sunt, leges iustitiæ facultatem disponendi in multis restringãt, & adimant, sed præcepto charitatis, quòd omnia bonorũ genera, etiam secularia cõprehendit, maximè (vt dictum est) clerici constringuntur, vt nec eos dominos cõstituere, aliquid plus eis tribuat, vt ab eleemosynis ex debito charitatis excusentur, quoad alia tamen non est sine effectu, maximè enim interest, an clericus dominus, vel vsufructuarius iudicetur, nam si vsufructuari⁹ sit, non faciet fructus suos, nisi sint collecti iuxta materiam textus in. l. defuncta. ff. de vsufruct. &. l. in singulos in fi. ff. de annun. legat. Ideò si ante moriatur, vel beneficium dimittat fructus ad eum non pertinebunt, si vero dominus sit, non illa cõparatio fiet, sed pro rata temporis, quo beneficium obtinuit, fructus sibi debebuntur exẽplo mariti, si morte, vel aliâs matrimonium collectis nondũ fructibus dissoluatur iuxta tex. in. l. diuortio. ff. solut. matri. vt ibidem sen-
13 sit Alberic. Et hæc comparatio est melior, cum mariti fiant fructus rei dotalis, ratione dominij, & onerũ matrimonij, vt in. l. pro oneribus. C. de Iur. dot. Et ideò æquum est, vt temporis etiam ante collectionem fructuum, quo onera matrimonij sustinuit, ratio habeatur, vt fructuum pro rapta particeps sit. Ita etiam in clerico, cui propter officium & seruitiũ datur beneficium, æquũ est,

est,vt ratio temporis,quo inseruiuit,etiam fructibus non collectis ratio habeatur,vt stipendio sui laboris non defraudetur,& ista opinio est verior,licet passim docto. sequatur vsusfructuarij exemplum,vt bene contra eos defendit R. Episcop. Segobien. lib.1.Varia.resolut.cap.15.vbi latè de hoc, nec similis ratio est clerici,& fideicõmissarij,vt exemplum eius sequi debeamus, de quo in.l.Herenn.1.ff.de vsur. Quia cum fidei cõmissarius lucratiuo titulo possideat, nõ est, cur ei clericus, cui onus officij cum beneficio est annexũ,cõparetur: Ideò omnino soli marito iustissimè comparabitur, vt fructuum diuisio secũdùm computationem dict.l.diuortio,fiat,quod in Hispania nostra consuetudine est receptum. Quòd si tenere velis opinionem eorũ, qui distingũt,sint ne fructus collecti à beneficiato, vel nõ,ad instar vsufructuarij,tunc pro collectis habebuntur,si à prædone, qui spoliauit beneficiatum,fructus colligãtur,secundùm Speculator.tit.de actore,nu.64.versi. rector quoq;,& Aegid.de Bellame.in cap. si quis iam translatus.21.quæst.2. facit doctrina Bart.in.l.si.Vrbana.num.5.& Iason. nu.13.ff.de condictio.in debi.sed prædicta opinio dubia est,si esset eiusdẽ rationis beneficiatus, ac vsufructuarius, vt in.l.si fur. ff.de vsufru.vbi si fructus colligãtur à fure, domino fundi,non vsufructuario cõdictio datur,neque facit doctrina, Bart.quia respicit priuilegiũ Ecclesiç,non beneficiati,ideò magis facit contra beneficiatum, & si dicas in dict.l.si fur.dari domino actionem, sed in vsufructuarij vtilitatem cedere, id verũ est,quia viuebat vsusfructuarius adhuc, si enim moreretur,vnquam fructus, qui non fuerint ab eo à solo separati hæredi eius debebũtur,vt in.l.si vsusfructuarius.ff. quib. mod.vsusfruct.amitta.& ita illa lex est expressa contra doctrinam Speculator. quia quòd fructus per furem sint percepti sibi non prodest,vt ad eum pertinuisse videantur,contra Speculator.cuius opinio solum potest venire incontrouersiam,præsupposito quòd beneficiatus de fructibus à se collectis disponere possit, vel secundùm opinionem & distinctionem Hostiẽsis, vel ex consuetudine, nam tenendo opinionẽ Archidiaconi,nihil facit,fructꝰ esse collectos à fure, cum etiam si ab ipso beneficiato essent percepti & reconditi,debeantur Ecclesiæ vel successori,si transferatur,vel moriatur,vt ex iã deductis in.3.parte circa opinionẽ Archidiaconi apparet. Vide etiã quæ dicta sunt supra in.2.parte.c.4.in fine.Notãdum tamen est,quòd opinio Speculato.vera erit si agatur contra furem,vel contra eũ cuius impedimẽto fructus ab vsufruactuario.argu.l.in executione,in.§.fi.ff.de verb. obliga.alioquin dolus suus sibi prodesset. & pro hoc est text.in.l.3.in.§.fi.devi,& vi. arma. *Quare habeat quod non esset habiturus possessor,si statim mihi possessionẽ restituisset?* inquit tex.in.l.ex diuerso in.§.vbi autẽ. ff. de rei vẽdicatio,vbi vero sunt consuetudines,tenendo opinionem nostrã,cessat omnis difficultas.

14

Ex supradictis,maximè ex S. Thomæ doctrina,credo satis superque declaratum, quid in singulis dictarum opinionum sit tenendum, nec opus est sigillatim respondere,solũ remanet authoritas Gratiani in contrarium,quam supra in.10. argument. pro Archidiaco.adducto retulimus,quæ non debet esse tanti, vt opinio Beat. Thom.& consuetudo tot prouinciarum non sit pluris æstimanda. Nec concilium Tridentinũ sess10.25.in hac parte aliquid innouat,cum magis debitũ charitatis respiciat,& officij sui clericos admoneat, quàm aliquid specialiter in hac re statuat,sed in genere ostẽdat id,ad quod ex debito charitatis Episcopi,& clerici sint obligati. Vnum superest, quod in hac re admoneamus(in quo clericis cum laicis est causa cõmunis) vt si quis harum quæstionum verè velit vitare labyrinthos,& vitium prodigalitatis & auaritiç penitus stirpare,quod Deo adiuuante,difficilè non erit,attentè consideret, quot miserorum hominum laboribus diuitiæ,vectigalibus,censibus indictis,& superindictis cõstẽt,& omnia ea,quæ humano vsui sunt comparata,

15

16

comparata, quot agricolarum ærumna, quot pastorum calamitatibus,quot pauperum mulierũ vigilijs,& inedia, quæ insomnes noctes, ac continuos dies malè pastæ, & malè vestitæ transigunt, & quot etiam homines vtriusque sexus fame,& nuditatè, carceribus,& infirmitatibus, & alijs huius vitæ infortunijs circundati,ex his, quæ ditibus superfluunt, possint subleuari,si hęc inquam attentè considerentur,vno momẽto longo tempore quæsita nullus temerè profunderet,nec diu sepulta peius retineret,&,vt rectè apud Platonẽ inquit Socrates,*Non multis legibus indigeremus propter disciplinã*,nam vt antiquitus, vsurpatum est, bonæ leges ex malis moribus procreãtur, educatio enim & eruditio beatã rempublicam faciunt,vt Plato.4. de republica probat,non enim senatus consulta, aut plæbi Scita inquit Socrates in Meopagitico, sed præclara Instituta fœlicem efficere ciuitatem:nã homines malè institutos, leges etiã exquisitissimas negligere audere: qui autẽ rectè & constanter educati sunt, eos etiam quibusuis legibus velle obtẽperare. Quòd si eam disciplinam,quam antiqui patres in Episcopis,& clericis exigunt, contemplemur,non possumus non fateri,ab eorũ institutis tam longo interuallo dissidentes,in maximo constitutos nos esse periculo.Diuus Cyprianus pro quodam Victore non esse orandum,neque oblationem pro eius dormitiõe fieri debere iudicauit, quòd tutorem in testamento suo præsbyterum nominauerat,vt in epist.9.quã ad clerũ Furnita. Et plębem lib.1,scripsit,apparet,& habetur in cap.fin.88.dist. in conc. Carthag. 4.statutum est cap.17.*Vt Episcopus gubernationem viduarum,pupillorum, & peregrinorũ nõ per seipsum,sed per Archipresbyterum aut Archidiaconum agat*.Et in cap.18.*Vt Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat*.Et in cap.19.*Vt Episcopus nullã rei familiaris curam ad se reuocet,sed vt lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet*. Et habetur in cap.Episcopus tuitionem cũ duobus sequen.88.distinct.Et Dñs in Euãgelio iuueni,qui redire ad sepeliendum patrem volebat,respondit:*sine mortuos sepelire mortuos suos*.Vnde S. Ambrosius inquit *Cũ religiosum humani corporis sepeliendi acceperimus officium,quomodo hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur,nisi vt intelligas humana posthabenda diuinis,bonum studium.sed maius impedimentum:nam qui patitur studiũ deriuat affectum:qui diuidit curam,differt profectum,ergo priùs sunt habenda quæ maxima*. Et Chrysostom.*Iesus ergo prohibuit eum,nõ iubens contẽnere honorem,qui est ad eos qui progenuerunt:sed monstrans quoniam nihil cælestibus negotijs magis necessariũ nobis esse oportet.& quoniam cum fastidio vniuersorum his iũgi oportet,& nec parum tardare,& si valde inuitabilia,& incitatia fuerint quæ atrahũt etenim multo melius est regnum diuulgare, & alios euellere à morte,quam mortuũ qui in nullo inde vilitatem habet,sepelire:& maximè cũ fuerint quæ hæc vniuersa complẽt.Nihil igitur aliud hic discimus,quàm quoniam neque cõtinges tẽpus perdere oportet,& si decẽ millia quæ prouocant fuerint,omnibus & maximè necessarijs ipsis spiritualia præponere*.Huc vsq; Chrysosto.Hæc charitatis opera tempore illorũ Sanct.Patrum omnes Catholici, etiam laici præstabant,ideò à præsbyteris,& Episcopis,qui maioré perfectionem sequi debẽt, ampliùs exigebatur.*Vbi enim omnia hæc?* inquit Bernard.*in libris cernimus eam,nõ in viris optimus hodie est,qui nõ est nimis malus?* Et ita hodie nõ solũ in laicis,verũ & in Episcopis hæc desiderãtur,sed eorũ munus præcipuum prædicationis est,& orationis, ab illisq; principaliter id exigitur. Prædicationis autem verbũ latius patet,nec solus hoc munus implet,qui ex suggesto concionatur,licet ea pars maximi facienda sit, atque laudanda,neque enim tantum eo solo modo præstari potest & debet,nam verbi Dei pdicatio,sicut & oratio in Episcopo debet esse continua moraliter,& ciuiliter intelligendo non mathematicé,vt vir ille sanctissimus F.Ludouicus de Granata ordi. S.Dominici in lib.3.de oratio.semo.3. interpretatur,verbi inquam Dei prædicatio non ad solam

17

18

ſolam illam, quæ in ſuggeſto ſit, eſt referenda, ſed ad eam, de qua Paul. Apoſto. in Epiſtolis, quas ad Timothe. Epiſcopi munus, & officiũ præſcribens, ſcripſit, inquit enim. *Attẽde lectioni, exhortationi, doctrinæ,* & iterum *prædica verbum, inſta oportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina,* Hæc eſt prædicatio, de qua Paul. quæ ſemper præſtari debet, ſecũdùm temporis & perſonarum indigentiam & priuatim & publicè, quia multi ſanctiſsimi Epiſcopi verbũ Dei prædicarunt, qui non paſſim concionabantur. Et licet diuus Auguſtinus, Ambroſius, & Gregorius ſæpe id fecisſent, non tamen potiſsima pars prædicationis verbi Dei in eis hęc fuit, quàm in cõcionando præſtabant, ſic etiam à ſanctiſsimo Dño noſtro Pio cõtinuò, non à ſuggeſto, ſed omnibus actionibus ſuis verbum Dei, & prædicatur, & laudatur, ſicut & ab alijs multis ſanctiſsimis Pontificibus ſimiliter factum eſſe intelligimus. Hoc dixiſſe volui, quia ſicut Hoſtienſis & alij in cap. 1. de conſanguini. & affini. & Felin. in cap. clerici. de iudi. Roman. conſi. 333. nu. 11. & Petrus de Baiſ. in tracta. de electio. 3. part. c. 31. nu. 8. & Staphil. in tracta. de grat. expecta. §. videndũ. nu. 3. vol. 4. tract. & Bon. Curt. tract. de nobil. 3. part. nu. 49. &. 50. vol. 5. canoniſtis in Eccleſiaſticis dignitatibus præferendos theologos non exiſtimant, ſed ſecundùm locorum indigentiam hos, vel illos promouendos aptiores enim abſq; peccato omitti non poſſunt vt optimè Sãctus Thomas quodlibeto. 8. ar. 6. & quodlibeto. 6. art. 9. latè Epiſcopus Segobiẽ. in regu. peccatum. 2. parte, in. §. 7. nu. 4. vbi num. 6. an ſit obligatio reſtitutiõis. & vide Gofred. in ſumma de offic. ſacriſt. ita nõ deſunt, qui eos ſolos dignos Epiſcopali munere arbitrantur, qui illud concionandi munus poſſunt obire, prædictos vero, & cæteros alios eo munere excludendos, ſed hodie ſacrum conciliũ Tridentinũ has ambitioſas altercatiões determinat, & illimet, qui hoc munus antea profitebãtur, facti Epiſcopi raro præſtant alijs neceſſarijs operibus intenti, vt id concionandi opùs per ſe ipſos nõ eſſe ita neceſſarium, vt prius quàm eis cõferrentur Epiſcopatus, prædicabant, prorſus fateãtur, & recantare palynodiã reipſa oſtendant: aliud enim, cum operi manus admoueas, res ipſa docet, quàm quod prius ſæpe tecum fueris meditatus, & arena ipſa ſæpe reijciendum oſtendit, quod maximo vſui fore antea proludendo, arbitrabaris. Ideò ſtultior Moricho ſit, vt eſt in prouerbio, qui in alieno choro ſaltat. nec mirum ſit, ſi aliud ſoli contemplationi deditus arbitretur, aliud vero prudens Epiſcopus exequatur, quæ enim ex longinquo proſpicias nõ eiuſmodi ſunt, vt apparent, niſi fueris πόρρῶθε λέυσσον ἐγγύθεν δ' ἐπᾶς τυφλός. Vt Sophocles inquit, ſed meliùs alij, qui reipſa hæc præſtant, verbis docebũt. nos huic opuſculo (paucorum dierũ fætui) finem imponamus, in quo ſi quid eſt, quod publicam vtilitatem iuuare valeat, Deo Optimo Max. gratias agendas cenſeo, contra vero, ſi quid culpæ homini adeo occupato poſsit imputari, à lectore beneuolo ſpero fore condonandum, cuius æquiſsimo iudicio opiniones noſtras iudicãdas offerimus. Imprimis autẽ eas ſanctiſs. D. N. Pij Quinti Chriſti veri Vicarij, Petrique legitimi ſucceſſoris, eiuſq; Catholicę Romanæ Eccleſiæ Cenſuræ, & determinationi ſubmittimus.

FINIS.

¶ Series chartarum.

¶ A B C D E F G H I.

Omnes ſunt Quaterniones
præter H I.
terniones.